

RESERVADO

1673

B. N. L.


295

Res

---

1573

RESERVADO



## Georgij Trape-

zontij Dialectica octo tra-  
ctatus continens.



- 1 De Enuntiatione categorica.
- 2 De Prædicabilibus.
- 3 De Prædicamentis.
- 4 De Syllogismo categorico.
- 5 De Propositione & Syllogismo  
hypotheticis.
- 6 De Enthymemate.
- 7 De Definitione & Diuisione.
- 9 De Thesi.

*Et hos omnes cum scholijs Iacobi d  
Contreiras Eborensis.*

CONIMBRICÆ.

*Apud Ioannem Barrerium, & Ioannē Aluarum  
Typographos Regios.  
M. D. LI.*



*Da Comur. de Sellen*

85 A

SS Iacobus à Contreiras.

Lectori,



Ingressi mihi tertium  
 quartumue curriculū phi-  
 losophicum, lector cādide,  
 dialectica Georgij Trapezōtij sese ob-  
 tulit initio discipulis explicanda mo-  
 do quodā breui, vt institutionis ratio  
 postulat. Hanc ego tuo illorūque no-  
 mine, adiectis in calce quibusdam an-  
 notatiunculis, familiariter ne dicam  
 utiliter declaro: vbi primū animad-  
 uerti Neomagum eius scholiastē in  
 plerisque locis hallucinatum, in om-  
 nibus potius versare momenta ver-  
 borum, quàm rerum pondera sustine-  
 re. Bene vale.

# GEORGII TRAPEZON- tij Dialectica.



*est in hoc opus  
præsentis et dialecticæ.*  
 Dialectica, est diligens differen-  
 di ratio. Differere verò nemo *apte pro  
nec*  
 poterit diligenter, nisi quæ in-  
 uenerit, dicendâque iudicauerit, ea sic coniunxerit, ut illis *apte. s. me  
ca. vel pro  
babilitate*  
 datis, quod intendit, necessario  
 consequatur, quam orationem Græci *Syllogis* mui-  
 dicunt: Latini verò ratiocinationem appellare pos-  
 sunt. Ea propositionibus constat. Omnis propositio  
*categori-  
ca.* si simplex est, duobus terminis, subiecto, atque præ-  
 dicato, connectitur. Quoniam ergo *termini* syllogismorū  
 elementa sunt, ex quibus constant, Et ad quos resol-  
 uuntur (nec enim cōponendo, alius repetere: nec re-  
 soluēdo, longius abire possumus) *in dialectica* de his primū di-  
 camus. Verū dialecticorū more, ut de quo termi-  
 no sermo à nobis habetur, intelligas, *et in istis* uocem in signifi-  
 cationes suas primū diuidamus. Termini ergo  
 locorū fines appellati sunt, qui locum à loco distin-  
 guant, atq; separent. Unde græci similitudine ducti

*A* *ve enim vulgo dicitur terminis sentia*  
 88, id est verbum de verbo, terminos, diffinitiones  
 appellantur. Distungunt enim atque separant diffi-  
 nitiones vniuscuiusque substantia, cum differetias  
 tanquam terminos generi adijciunt. Terminos etiam  
 simplicis propositionis partes dicimus: vel quoniam  
 significatione quasi conscriptam rem ostendunt, quam  
 significat. Hinc est quod rerum nomina, implicitas  
 diffinitiones, & diffinitiones, explicita nomina re-  
 rum, multi ac clari philosophi solent appellare. Ter-  
 minum ergo, quem hic dicimus propositionis partem  
 intelligimus: quem ita definit Aristoteles. Terminus  
 est in quem resoluitur propositio. Est autem omnis  
 terminus, vel complexus, vel incomplexus. Com-  
 plexus, est oratio imperfecta, quae constat multis sim-  
 plicibus terminis, ut scientia iuris civilis. Incomple-  
 xus, ut homo, scientia, ut facit, currit. Incomplexus  
 autem, simplex terminus omnis, aut nomen est,  
 aut verbum, & aut infinitum, aut finitum.

*si dicitur in corpore.*  
*si dicitur in corpore.*  
*si dicitur in corpore.*  
 Nomen, est vox ex institutione hominum sine te-  
 pore significans, cuius nulla pars seuncta, separata  
 que significat. Verbum, est vox ex institutione  
 hominum cum tempore significans, cuius nulla pars

*aliquo ex  
 bus vel utroque  
 suam propriam  
 signum se catu  
 quo non recit  
 um competitiu  
 sig. dicitur in corpore  
 sig. dicitur in corpore  
 sig. dicitur in corpore  
 sig. dicitur in corpore*

seiu[n]cta separataque significat. In finita Verò <sup>tanqua</sup>  
 nomina uel uerba sunt quibus <sup>aparte interiori</sup> negatio adiecta est. <sup>eorum p</sup>

Finite, quæ absque negatione proferuntur. Fi- <sup>quod se</sup>  
nita, ut homo, animal, legit, sentit. In finita, ut non <sup>perantia</sup>  
 homo, non animal, nō legit, non sentit. Nomina ioi <sup>negatis</sup>  
tur appellat Aristoteles, quæ nominatiuo casu esse <sup>aparte</sup>  
 runtur: quæ admodum uerba ea, quæ solūm indicāt <sup>interiori</sup>  
 præsens tempus. Cætera casus nominū & uerborū <sup>tanquam</sup>  
 esse asserit: ut hominis homini, agebas agebat, age <sup>pass eius</sup>  
 rem agere. Oratio, est ex institutione hominū si <sup>lic igitur</sup>  
 gnificans, cuius aliqua pars seiu[n]cta separataque si <sup>per ante</sup>  
 gnificat. Orationum quinque sunt genera, Enun <sup>uel posse</sup>  
 tiatiua, Imperatiua, Deprecatiua, Interrogatiua, <sup>seiu[n]ctiue</sup>  
 Vocatiua. Vocatiua, ut Heus (inquit) iuuenes  
 monstrate mearū, Vidistis si quā hic errantē for  
 tē sororum. Interrogatiua, ut, Sed vos qui tan  
 dē, quibus aut uenistis ab oris? Quōue tenetis iter?  
 Deprecatiua, ut, Sic pater ille deūm faciat, sic al  
 tus Apollo Incipiat conferre manū. Imperati  
 ua, ut Disce puer uirtutē ex me, uerūmq; laborē:  
 Fortunā, ex alijs. Enuntiatiua, ut, Stat sua cui  
 que, dies, breue & irreparabile tēpus Omnibus est

*Vitæ, sed famâ excedere factis, Hoc virtutis opus.*  
*Item, Nescia mēs hominum fati, sortisque futurae,*  
*Et seruare modum rebus sublata secundis.* Harum  
 omnium sola enuntiatio verum à falso discernit.  
 Quare sola huius negotij est, nam cetera ad Rhe-  
 toricâ magis, vel poëticâ doctrinâ pertinere vidē-  
 tur. Enūtiatio verò alia simplex, alia cōiuncta est.  
 Coniuncta, ex simplicibus constat: ut si homo est,  
 animal est. Simplex verò enuntiatio, est oratio, quæ  
 aliquid esse, vel non esse significat, secundum quod  
 ipsa tēpora diuisa sunt: ut homo est animal. Omnis  
 igitur oratio, qua necesse est aliquid de aliquo, vel  
 asserere, vel negare, si ut vel esse, vel non esse signi-  
 ficat, consideratur, enuntiatio dicitur, *sim*, ut verū  
 vel falsum, propositio appellatur. Est enim propo-  
 sitio, oratio quæ verum, vel falsum significat. Pro-  
 positionum, quedam categoricæ nuncupantur, quas  
 prædicatorias latinè appellare possumus: quedâ hy-  
 potheticæ, quæ conditionales nominantur. Præ-  
 dicatoria propositio, est quæ duobus terminis cōstat  
 subiecto prædicatoque. Subiectum, est de quo  
 aliquid dicitur. Prædicatum, est quod dicitur de

aliquo, ut homo est animal. Subiectus terminus  
 nunquam maior, sed equalis, vel minor predicato  
 semper est. <sup>secu-  
sum am  
pli tud-  
nem</sup> Prædicatus verò terminus, vel verbū <sup>subiectu  
autem sem-  
per nomi-</sup>  
 est, ut homo currit: vel nomen simul cum verbo, ut  
 dies serenus est. Præterea tam subiectum quam  
 prædicatum, complexos terminos possunt contine-  
 re, ut scientia iuris civilis, est res utilis. Omnis præ-  
 dicatoria propositio, vel affirmatiua, vel negatiua  
 est. Affirmatiua, est alicuius de aliquo enuntiatio.  
 Negatiua, est alicuius ab aliquo enuntiatio. Pro-  
 positionum, aliæ sunt vniuersales, aliæ particulares,  
 aliæ indefinitæ. Vniuersalis, est quæ aut omni-  
 aut nulli inesse significat. ut omnis homo currit:  
 nullus homo currit. Particularis, est quæ ali-  
 cui, aut non alicui inesse significat. ut aliquis homo  
 currit, aliquis homo non currit. Huic singularem  
 annectimus. ea est, si dicas, Cicero disputat, hic au-  
 dit. Indefinita, est quæ absque vniuersali atque  
 particulari, aut esse aut non esse significat. ut  
 homo legit, homo non legit. Hic illud dicendum  
 est, huiuscemodi voces, omnis, nullus, aliquis, qui-  
 dam, iuniores signa, præscos syncategoremata <sup>indefini-  
ta est co-  
mpositum  
vniuersum  
nis est me-  
tis signa  
terminatiua</sup>

quoniam  
no sunt di  
ti ones si  
in fi catio  
quallt  
ipfi & min

appellare: quoniā terminis adduntur, ipsæ verò ter-  
mini nō sunt. Ad hæc, propositionū quedā cōtra-  
rīæ, quedā subcontrariæ, & aliæ subalternæ, aliæ  
cōtradictoriæ nominantur. Vniuersalis igitur affir-  
matiuā & vniuersalis negatiuā, in quibus eadē om-  
nino subiūntur ac prædicantur, inter se cōtrariæ sūt.

Particularis verò affirmatiuā & negatiuā, in  
quibus eadē omnino subiūntur ac prædicantur, sub-  
cōtrariæ dicuntur. Vniuersalis verò & particu-  
laris affirmatiuæ, & similiter duæ negatiuæ, sub-  
alternæ dicuntur. Cū verò quantitati quātitas,  
& qualitati opponitur qualitas, eiisdē subiectis &  
prædicatis, cōtradictoriæ nominantur. Quare vni-  
uersalis affirmatiuā, & particularis negatiuā, ac  
rursum vniuersalis negatiuā & particularis affir-  
matiuā, in quibus eadē omnino subiūntur, ac præ-  
dicantur, sibīipsis contradicūt. Harū propositionū  
si cui negatio præsertim vniuersali signo præponi-  
tur, sunt cōtradictoriæ, si postponitur, cōtrariæ: si  
verò eidē & præponitur & postponitur negatio,  
subalternæ vim & potestatem possidet. Quam rem  
iuniores propositionū equipollentiam appellare so-

toti subiecto  
vniuersali  
ter negatio

lent. Verùm de oppositione propositionum satis.  
Nunc de natura dicamus.

Ois hō currit. Cōtraria. Nullus hō currit.

Subalterna.

Contra

Contra

di

storia.

storia.

Subalterna.

rit.

Quidā hō currit. Subcōtraria. Quidā hō nō currit.  
Propositionū igitur, quas cōtrarias appellamus, ea natura est, ut cum nunquam simul veræ inueniri possint, si una vera est, falsam necessariò alterā ostendat. Neque retrò veriter elicit: nec enim si alterutra falsa est, idcirco quæ relinquitur, erit vera: nā falsas simul esse in yis rebus cōprehendimus, quas contingentes appellant, ut omnis homo sedet, nullus homo sedet. Subcōtrariæ verò, contrario se modo habent. nā cū falsæ simul esse non possint, veræ possunt. Quare falsitas vnius, veritate alterius ostēdit: sed veritas, falsitatem minimè. Possunt enim

ambæ simul veritatem in contingentibus rebus cōplecti. ut aliquis homo sedet, aliquis homo nō sedet.

In subalternis, si particularis falsa est, vniuersalis falsa est, nec retrò agere licet. vera enim esse potest particularis, cum vniuersalis est falsa: ut aliquis homo sedet, omnis homo sedet. Si aut vniuersalis vera est, & particularis necessario: nam si omnis homo est animal, & aliquis homo animal est. At cōtradictoriae, semper verum à falso seiungunt & separant. nam si vna ipsarū vera est, falsam alterā: si falsa altera, reliquā veram esse necesse est. His ita breuiter dictis, nūc de conuersione propositionū breuiter dicendum esse videtur. Cōuersio igitur est cum propositionis subiectus terminus <sup>foris</sup> in predicatum, & predicatū in subiectum <sup>interius</sup> transponitur. Ea est triplex: simplex, per accidens, per contrapositionē. Simplex est cum termini quidē trāspōnuntur, quantitas verò & qualitas eadem omnino remanet. Hoc cōuersionis modò vniuersalis negatiua, & particularis affirmatiua vertitur. nam si nullū animal est, nihil eorum que sunt, animal est: & si aliquis homo currit, curret inū utique aliquid, homo est.

Per accidens autē, est conuersio, cum transpositis signa in se  
 terminis, qualitas eadē manet, quantitas mutatur. bicō non la  
ben ration  
em partib  
bene autem  
im predicato  
 hoc modo tam inuērsalis affirmatiua, quā nega  
 tiua conuertuntur. nam si omnis homo est animal,  
 & aliquod animal hominē esse necesse est. & si ho  
 minum nemo volare potest, eorū certē, quæ volare uniuersalis  
affirmatiua  
quæ aliquo  
do potest co  
necti in se  
ipsam yncō  
mutabilis  
 possunt, quicquam homo non est. Per contraposi  
 tionem conuersio fit, cum quantitas quidē & qua  
 litas eadem manet, termini verò transpositi, in in  
 finitos cōmutantur. Hoc modo cōuertuntur inuērs  
 salis affirmatiua, & particularis negatiua. nam si uniuersalis  
affirmatiua  
connectitur  
in particula  
rem affirma  
tiuam.  
 omnis homo spirat, quicquid nō spirat, est nō homo:  
 & si aliquis homo non sedet, quippiā quod nō sedet  
 non est non homo. Harum cōuersionē ista natu  
 ra est, ut cum eadem maneat quantitas, si vnā est uniuersalis  
negatiua con  
nectitur in  
uniuersalem  
negatiuam  
s. in se ipso  
particulari  
& affirmati  
ua conuert  
itur in se  
s. in se ipso  
sedet. s. ali  
quod sedens  
Euno  
 vera vel falsa, & altera. Cum verò mutatio qua  
 ritatis fiat, vera semper in verā conuertitur: falsa  
 verò in qua superiora subyciuntur (quoniā ex con  
 uersione mutata quātitate, recta fit prædicatio) in  
 verā necessariò cōuertatur: ut, aliquis hō animal  
 est, cū tamē, omne animal hō est, vera nō sit. Hæc  
 de prædicatoria propositione delibasse sufficiat.

## DE PRÆDICABILIBVS.



(nec breuiter (v. instituiamus) dabi  
nus operã ea primò exponere, quæ  
Græci voces, Latini prædicabilia so  
lēt appellare. Deinde de prædicamē  
tis, quas ueriturologos Græcè dicimus

et de prædicatorio syllogismo, pauca admonebimus.  
Postremò de propositione hypothetica, et syllogismo  
de diffinitione & diuisione disseremus, nec om  
nia ea præcepta contemnemus, quæ eius rei (quam  
iunioris obligationem uocant) vim & naturã com  
plectuntur. Prædicabile igitur, est terminus, qui  
de pluribus uariuocè potest prædicari. Vniuoca di  
significati  
dicitur quorũ nomen cõmune est, & ratio substãtiæ  
eiusdem prædicandi id nomẽ eadem. Vt animal homo, atq; bos.  
Nam utrãque, animalia nuncupantur. Et si quis as  
signat ueriusque rationem, in quantum animal est,  
veriusque animam substantiam que sentiat & mo  
ueatur, esse affirmabit. Aequiuoca sunt, quorum  
nomen quidem cõmune, sed ratio substãtiæ secun  
dum id nomen non est eadẽ, ut canis in aquis, in ter  
ris, in cœlo, nomine quidẽ idem, re autem atque sub

stantiâ diuersa sunt. Prædicabilia, quinq; sunt. Ge-  
nus, Species, Differentia, Proprium, & accidens.

Genus, est quod de pluribus differentibus specie in eo quod quid est, uniuocè prædicatur. Id duplex est. nam aliud genus generalissimū, aliud genus subalternū appellatur. Generalissimū, est quod cum sit genus, nō potest esse species, vel supra quod aliud genus minimè inuenitur. Quæ sunt decē genera rerum omnium, de quibus postea dicemus.

Subalternum, est quod cum sit genus, est etiā species. Huiusmodi sunt omnia, quæ inter specialissimas species & generalissima genera semper inueniuntur. & ad superiorē quidem relata, species sunt inferioribus verò accommodata genera. ut animal, animati quidem corporis species, hominis verò aut bouis genus. Species est quæ ponitur sub genere, vel species, est quæ de pluribus differentibus numero in eo quod quid est, uniuocè prædicatur. Ea est duplex. nam aliam specialissimā, aliam subalternā dicimus. Subalternā, est quæ inter generalissimū genus & specialissimā speciem posita est. Superioris species, inferioris genus semper inuenitur, ut

animal. Specialissima, est quæ cum sit species  
 non potest esse genus. ut homo, bos. Hæ specialissi-  
 ma species, non in species amplius, sed in individua  
 scinduntur. ut Cicero, Aristoteles. Differentia,  
 est qua res inter se differunt. Ea est triplex, Com-  
 munis, Propria, Specifica. Communis, est quæ se  
 parabilis est. ita dicimus album hominem, à nigro  
 differre. Propria, est quæ cum inseparabilis sit,  
 inest tamen per accidens. Ita Coruus nigredine, à  
 Cigno differt. Specifica, est quæ de pluribus dif-  
 ferentibus specie, vel numero in eo quod est quale es-  
 sentiale, inuocè predicatur: vel differentia, est  
 qua abundat species à genere. Hanc solam in nu-  
 mero quinque predicabilium accipimus. Quæ du-  
 plex est, diuidens & constituens. Diuidentem ap-  
 pellamus, qua genus diuiditur: ut substantia quæ-  
 dam corporea, quædam incorporea. Constituentem  
 appellamus, qua generi addita speciem constituit.  
 ut animalium, aliud rationale, aliud irrationale.  
 Nam si animali addas irrationalitatem, speciem  
 quædam constitues: quam, si nomine caret, aut mē-  
 tesola concipies, aut etiam (nec enim de rerū voca-

bulis sollicitari debet philosophus: sed dare semper operam diligenter, ut natura rerum apertius pateat, ficto aut nouo verbo quam commodissime poteris, nominabis. Sunt ergo specifica differentiae, quaecunque aliam faciunt speciem, quibus adiuu-  
sionem & definitionem specierum maxime opus est.

Proprium quatuor modis accipitur. Nam quicquid soli accidit speciei, & si non omni sub ea, neque semper proprium dicitur: ut homini medicum esse. Et quod omni accidit, & semper, & si non soli, ut homini, bipedem esse. Et quod omni & soli, sed non semper. ut homini canescere in senectute. Et quod omni, & soli, & semper inesse potest: ut risibile, <sup>7</sup> *risibile* homini. Et hoc modo proprium in quinque <sup>7</sup> *inquinque* uniuersalibus connumeratur, quod etiam sic defini-  
unt. Proprium, est quod de pluribus differentiis numero uniuoce, in eo quod est quale accidentale, sic <sup>unum ex quinque per diuersa</sup> predicatur, ut <sup>conuerti</sup> *vertere liceat*. ut, omnis homo est risibilis: & quicquid risibile est, homo est. Accidens, est quod potest adesse, & abesse, praeter subie-  
<sup>7</sup> *Et corruptione*. Huius, aliud est separabile. ut dor-  
<sup>7</sup> *Et spe* *mire, sedere*. Aliud inseparabile. ut nigredo Corui <sup>7</sup> *Et in se patantibus intellectus separabile*

Et Aethiopia, <sup>si uero</sup> ~~si~~ si separatim non inueniatur, tamen si <sup>in intellectu</sup> ~~absisset~~, non inferret coruo, aut Aethiopi corruptionem. Quod à iunioribus etiã sic defini solet: Accidens, est quod de pluribus prædicatur, in eo quod quale accidentale, non conuertibiliter.

Quod autem voces (ut græci dicunt) quinque sunt numero. hinc maxime perspicuum est, quod omne quod de alio dicitur, vel accidens ei est, vel substantiale. Si accidens, aut conuerti prædicatio potest, et habetur propriū, aut non. Et habetur accidēs. Quod si substantialis prædicatio est, id est, si quod prædicatur, essentia inest subiecto: vel in eo quod quid, vel in eo quod quale dicitur. quod ut qualitas dicitur, cum per essentiam inest, differentia est. Quod in eo quod quid, si de pluribus differentibus specie, genus est: si de differentibus numero, species est. Itaq; cum sint quinque prædicabilia, Genus, Species, Differentia, prædicationē eã faciunt, quæ essentialis Et substantialis: Accidentis ac Proprii, prædicatio, accidentalis appellatur. Nunc quoniam de quinque uocibus dictum est, de Prædicamentis breuissimè (ut instituimus) dicendum uidetur:

DE PRÆDICAMENTIS.



PRÆdicamentum igitur, est terminorum, qui secundum nullam complexionem dicuntur, naturam rerum

*Significatio terminum.*

coordinatio. Et sunt decem, Substantia, Quantitas, Qualitas, Ad aliquid, Actio, Passio, Verbum, Quando, Situs, Habere.

*ita quidem quod similia referantur ad similia uel eodem modo alij de alijs predicantur*

quid, Actio, Passio, Verbum, Quando, Situs, Habere.

*et dicuntur*

Eorum quæ sunt, quedam dici de alijs possunt ut de subiecto, quedam non possunt. Item, eorum quæ sunt, alia in subiecto sunt, alia non. In subiecto dicitur esse, quicquid quum in aliquo sit, sine eo esse non

*est predicari de aliquo et fieri aliter loc in loco*

possit: Et tamen non est pars eius, ut albedo in corpore. Quare, quod in alio non est, substantia est.

*hec enim dicitur esse pars ipsarum*

que verò de alijs ut de subiecto dicuntur, vniuersalia sunt. Quæ dici de alijs non possunt, singularia sunt. Substantiam, in primam et secundam partem Aristoteles.

*quædam vniuersalia in diuersis diuisis et de subiecto*

Primam est, quæ neque de subiecto dicitur, neque in subiecto est: ut, hic homo, hic bos

*nulla substantia est in subiecto.*

Secunda, est quæ de subiecto quidem dicitur, sed in subiecto non est: ut, homo, bos. Quando alterum de

*dicuntur subiecto est predicari de substantia*

altero, ut de subiecto prædicatur, quæcumque de prædicato dicuntur, omnia etiam de subiecto dicuntur.

*omne accidens est in subiecto omne uniuersale est in subiecto et dicitur.*

Et sic patet, quia prædicari potest in substantia, in

*ut sic patet quia prædicari potest in substantia, in*

actio, passio, verbum, quando, situs, habere.

*actio, passio, verbum, quando, situs, habere.*

Actio, Passio, Verbum, Quando, Situs, Habere.

*Actio, Passio, Verbum, Quando, Situs, Habere.*

*mabu  
ta  
lay  
al  
dine  
fuerit  
t. dicit  
acide  
uige  
cage  
cto su  
orum  
in se  
nom  
fuerit  
gula  
quia*

*est in subiecto  
omne uniuersale  
est in subiecto  
et dicitur.  
ut sic patet  
quia prædicari  
potest in  
substantia, in*

B

Nam cū animal de homine, ut de subiecto dicitur, substantia: cū de animali dicitur, etiam de homine dicitur, quod in ipsa serie prædicamenti, apertius comprehenditur,

## S V B S T A N T I A

Corporea

Incorporea

## C O R P V S

Animatum

Inanimatum

## C O R P V S A N I M .

Sensibile

Insensibile

## A N I M A L

Rationale

Irrationale.

## A N I M A L R A T I O N .

Mortale

Immortale

## H O M O

Antonius

Cicero

Augustus.

Substantia nō suscipit magis & minus. nulla enim

hoc ipsum quod est, magis vel minus dicitur. Nec

substantia ei quicquam contrariū. Verūm hæc ita substantiæ

propria sunt, ut ei cū quibusdā alys comunia sint.

Illud maxime proprium, quum una & eadem nu-

mero sit, cōtraria vicissim suscipiat. Ut, homo nūc

per se in  
ratione  
sustandi aut  
propter totam  
a deo dicitur  
magis  
quam aliter

per se comunitur

albus, deinde niger. De substantia quidem satis.  
 Quātum autem, est quod diuiditur in ea quæ in-  
 sunt, quorum utrunq; vel singulum, vnum quid,  
 & hoc aliquid, innatum est esse. Quantitas, alia  
 continua est, alia discreta. Cōtinua est, cuius par-  
 tes, communi quodam termino coniunguntur. Eius  
 species sunt, Linea, Superficies, Corpus, Motus, &  
 Tempus. Sic enim princeps ille philosophorum, ac  
 penè solus philosophus, in quinto primæ philosophiæ  
 partitur. In Categorijs motum neglexit, locum  
 posuit. Locus tamen vt è physico auditu colligitur,  
 Superficies species est. Quare patet, aut alios secu-  
 tum, locum à superficie separasse, aut ipsam trinā  
 dimensionem, non vt in corpore sed potius in vacuo  
 intellexisse. Continuorum, per se quidem sunt, Li-  
 nea, Superficies, Corpus. Per aliud verò quāta sunt,  
 quæ insunt quantis, vt motus & tempus: nam et si  
 hæc ad ea quæ per accidens quanta sunt, philosophus  
 reducat, vt album quantum, quia superficies alba:  
 differenter tamen, quod hæc huius sint prædicamē-  
 ti. Discreta quātitas, est cuius partes nullo cōmuni  
 termino cōiunguntur. Eius species sunt, Numerus

hoc loco est tenor. **Oratio.** Item eorū, quæ quanta sunt, quædam constant è partibus, quæ inter se positionem habet, quædam verò minimè. Dicuntur autè habere positionem, quæ non solùm cōtinua sunt, verùm etiā in loco sita permanent, quæ maximè omniū quæta dixerim, huiusmodi sunt, linea, superficies, corpus numerus. Quantitati, similiter ut substantiæ, nihil est cōtrarium. Sed illud maximè propriū eius, secundū eam æquale, aut inæquale dici. Qualitas est, secundum quam uales esse dicimur. Eius quatuor sunt species: Affectus, & habitus, Naturalis potentia, vel impotentia, Passio vel passibilis qualitas, Forma, vel figura. Inter affectionem & habitum, hoc interest: quòd affectio, & facilius imprimitur, et citius cōmutatur. Ut cū calore, aut frigore, aut sanitate, ac alijs huiusmodi, homo afficitur. Habitus verò permanentior & diurnior est: ut virtus, ut scientia & similia. Quare perspicuum est, habitum omnem esse dispositionem quandam atque affectionē, vel quoniā afficit quodāmodo & disponit habitus, id cuius est habitus, vel quoniā tēporis prolixitate innata quasi sūt affectiones quæ

nec etiam  
 suum est  
 magis et  
 minus.  
 s. a. i. dan  
 tali tas nec  
 enim di. fe  
 centia su  
 danti ole  
 dicuntur  
 proprie cu  
 n. tate.

sit uet  
 perm  
 antest  
 am.  
 teni  
 ter dij  
 ponit

dam, & in habitū transferuntur. Naturalis potentia, vel impotētia, dicitur vis quedā insita, vel imbecillitas, qua facilius quicquam aut egrius vel pati, vel agere naturā potest: ut durum, molle, valedudinarius, robustus, et quæ huiusmodi sunt naturā insita, non aduentitia. Passiones autē vel passibiles qualitates, sunt non affectiones ipsæ, sed ea, quibus affectiones efficiuntur, ut calor, frigus, albedo, nigredo, amaritudo, dulcedo, & similia: quæ nō ideo passiones dicte sunt, quod subiecta earū quicquam ab eis patiantur, verū quia sensus immutando afficiunt. ut amaritudo, dulcedo. Colores autē, magis quod ex motione solēt ināsci nobis, sic appellati sunt ut ex timore, pallor: ex erubescētia, rubor: quorū qui diutiū permanēt, qualitates dicuntur: qui citiū transseunt passiones. Nam qui rubet, quoniam pudet: aut qui pallet, quoniam timet, pati aliquid dicitur: rubens autē aut pallidus, non dicitur. Figura verò, est ut circulus, triangulus, & huiusmodi. Magis & minus suscipit qualitas, sed nō omnī: nec enī circulus aut triāgulus alius alio magis est, id quod est. Quare id maximē proprium est qualitatis, ut

secundum eam simile aut dissimile dicatur. Ad  
 aliquid sunt quaecumque hoc ipsum quod sunt, alio <sup>dicu</sup>  
 rum dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud. <sup>tue et</sup>  
 Relatiuorum, alia equali quadam cōparatione con- <sup>e alio</sup>  
 sistunt: ut simile, & quale, amicus. Alia maiore: ut <sup>enim</sup>  
 pater, dominus. Alia minore: ut seruus, filius. A- <sup>ca</sup>  
 lia voluntate: ut amicus, inimicus. Alia fortuna: <sup>re</sup>  
 ut, dominus, seruus. Relatiua, magis & minus <sup>rimo</sup>  
 suscipiunt. Magis, non omnia, sed quæ secundum  
 qualitatem dicuntur, & quæ fortuna vel volunta-  
 te consistunt. Item contraria nonnulla sunt: ut  
 virtus vitio, disciplina ignorantia, Omnia verò in-  
 ter se cōverti, manifestū est. Pater enim, filij pater  
 & filius, patris filius. Sed oportet aptè alterū alte-  
 ri reddere, nā si quis dicit alam auis, quoniā alterū  
 alteri non aptè reddit, nō poterit cōvertere, nō enim  
 in eo quod auis est, sed in eo quod ala est, ala est.

ne sit lo  
 casto in con  
 gressu

Casus sunt diligenter seruandi: ut, doctrina, docti  
 doctrina: sed doctus, doctrinā doctus. Actio, est  
 qua cū quicquid agitur, in eo quod <sup>s. ipsum agitur in eo quod subicitur.</sup> subicitur, agere  
 dicitur. Actioni, sex partes subijciuntur. Generare, <sup>s. scilicet</sup>  
 Corruptere, Augere, Diminuere, Alterare, Loco <sup>s. pati</sup>  
<sup>s. scilicet</sup>

age a diu  
 tunc  
 s. op. su. agere  
 s. in eo quod sub  
 jectum s. in p  
 actum.

s. scilicet  
 s. pati  
 s. scilicet  
 al. tunc  
 ut.

mouere. Horum singulis species subiecta & in-  
 diuidua. hominem verbi causa, vel hunc hominem  
 generare, aut corrumpere. Crementis verò & dimi-  
 nutionis species sunt, in longum, latum, & profun-  
 dum. Indiuia, haec longitudine, vel latitudine, vel  
 altitudine, id facere. Alterationis, calefacere, albes-  
 cere, ceteraque huiusmodi. Extremi generis, ali-  
 qua specie secundum locum motus mouere: vt, sur-  
 sum, deorsum. Actio actioni nonnunquam con-  
 traria: vt, incendere, extinguere. quare magis ac-  
 minis suscipit: sed illud precipue actionis, vt in mo-  
 tu sit. omnis enim actio, in motu est: & omnis mo-  
 tus, in actione seruatur. Passio est actionis effectus.  
 Eius partes sunt, generari, corrumpi, & cetera que  
 actionis esse dicebantur, non vt agunt, sed vt patiun-  
 tur. Vbi est, quæ à loci circūscriptione procedit cor-  
poris locatio. nō est enim idē locus & vbi. nā locus,  
 est in eo quod capit: vbi verò, in eo quod circūscribi-  
 tur. Huic categoriæ nihil ē cōtrariū, quæ admodū  
 nec loco. Et eius species, loci species sunt, nō vt locā-  
 tis, sed vt locati. Quādo, est quæ relinquitur ex tē-  
 pore rerū affectio. Id diuiditur, ī præteritū, īstās

Et futurum, quanuis nihil horū sit. nam cūm hæc tria tempora sint, quando tempus non est, sed affectio rei quæ fuisse, vel esse, vel futura dicitur. Suius est partium quedam positio ac ordinatio, qua stantia, sedētia, aspera, lævia, & huiusmodi dicuntur.

Eius species sunt, accubitus, sessus, asperum etiā, & læue, non ut tactu iudicantur, sed ut positione quadam partium inter se constituuntur. Positio non suscipit magis & minus: quā ob rem nec contrarium. nec enim stare, aut sedere contraria sunt, ne vni plura contraria sint: & quoniam de quocumque dicitur vnum contrariorū, & alterū: nam stare, de nonnullis dicitur, de quibus sedere rectē nō dicitur. Habere dicuntur, circa quæ aliquid adiacet.

Haberi verò, ea ipsa quæ adiacent. Huius species, armatum esse, annullatum esse. Suscipit autē habere, magis & minus, quia etiā contrarium, non ut habitum, sed ut priuationem. ut armatus, inermis: & cum multis modis dicatur, quos Aristoteles enumerat, sex sunt: habere qualitatem, ut disciplinam: quantitatem, ut proceritatem: quæ circa corpus vel corporis partē sunt, ut vestem, annulum: mē

quod ce puy  
not Aristot  
vi de i mo  
me ta si si  
uis

nam

habere cir  
qua corp  
per modum  
ve uand si

brum, ut manum habere: aut in vase, ut modius ha-  
 bet triticum: possessionem, ut domū: aut etiā ux-  
 orem, & uxor uirum habere dicitur: qui modus om-  
 nium alienissimus sit. nihil enim aliud quā simul  
 habitare, ostendere videtur. è quibus omnibus, ter-  
 tius solum modus, huius est categoriæ. Opponi ali-  
 ud alij quatuor modis dicitur. Vt ad aliquid, quo-  
 modo duplum, dimidium. Vt contraria sicut albu,  
 nigrum: virtus, vitium. Vt habitus & priuatio, si-  
 cut visus, cæcitas: auditus, surditas: motus, quies. Vt  
 negatio & affirmatio: ut sedet, non sedet. Contra-  
 ria sunt, quæ in eodē genere posita, plurimū distāt.  
 Eorum, alia mediata, alia immediata. Mediata di-  
 cuntur, quorum videlicet alterutrū non est neces-  
 sariū susceptibilibus inesse. ut album vel nigrum esse cor-  
 pus quodpiam necesse nō est. poterit enim rufum  
 vel flauum esse. Sanum verò aut ægrū esse, neces-  
 se est animal. quare sanū & ægrum, immediata sunt  
 Priuari verò dicuntur quæcunq; re ea careant,  
 quæ cum inesse nata est, si cum inesse potest, non  
 inest. nec enim vel lapis visu, vel puer dentibus am-  
 quā habere possit, priuatus esse dicitur. Prius

est expug-  
 nantia du-  
 rum tek  
 minorum  
 se se inui-  
 con contra  
 dicentium  
 ut quodam  
 modo nec  
 tamen eide-  
 m est com-  
 petentium  
 eodem tempo-  
 re ex parte  
 eiusdem  
 circa idem  
 similit  
 7.  
 eidem  
 in  
 in  
 in  
 in

Et posterius, quatuor modis dicuntur: natura, tem-  
 pore, ordine, dignitate. Naturâ id prius est, à quo  
 verti non potest consequentia. ut, si currit, mouetur  
 quia non retrò fit, si mouetur currit, mouere quàm  
 currere, prius est. Tempore autè: ut, Romulus ante  
 quàm Camillus fuit. Ordine, ut exordium in ora-  
 tione, narratione prius. Dignitate: ut, homo brutis,  
 consul prætoꝛe. His quintus accedit apud Aristote-  
 lem, quem etiam natura consistere opinatur. Is est  
 cum eorum, quæ mutuò se consequuntur, vnum al-  
 terius causa est. ut, si homo est, vera est (qua homi-  
 nem esse asserimus) oratio. Item homo & risibile,  
 pater & filius. Simul duobus modis, tempore ac  
 naturâ dicitur. Tempore simul, sunt quorum ge-  
 neratio ac corruptio in eodè est tempore. Naturâ,  
 quæcunque se mutuò consequuntur, cum neutram al-  
 terius causa sit. ut duplum, dimidium. Et quæcun-  
 que genus aliquod diuidit: ut gressibile, volatile, &  
 animal diuidunt. Motus species sunt sex: generatio,  
 corruptio, crementum, diminutio, alteratio, loci mu-  
 tatio. Et generatio corruptioni, & crementum dimi-  
 nutioni opponitur, ut quies in loco, mutationi que

4  
 tempore  
 prius si  
 currit quæ  
 tum gene  
 ratione sp  
 vices su

5. solum  
 quando qui  
 dem est  
 causa & ca  
 usatum.

6. species  
 est motus

nec enim  
 nome(m) motus

potest esse  
 genus quia

est continens  
 aut nec potest  
 diuidi per diff  
 ferentiam

7. in factis  
 no a quo

8. quæ  
 9. 111

per locum est: cui etiam opponitur, in contrarium lo-  
cum mutatio. Ut quæ ad inferiora est, ei quæ ad su-  
periora est. Alterationi similiter in qualitate quies  
motui opponitur, qui vel ex eadem qualitate, vel in  
oppositam qualitatem est, ut in albedine quies, ex al-  
bedine, vel in nigredinē motui opponitur. Verūm  
de prædicamentis satis. Nunc de syllogismo dicē-  
dum est.

## DE SYLLOGISMO.



<sup>vocatis</sup> Syllogismus, est oratio in qua <sup>duabus</sup> ex <sup>propositi</sup> his  
<sup>disposita</sup> quæ posita sunt, aliud necessariò cō-  
sequitur. Syllogismorum, quidam  
prædicatorum, quidam conditionales.

Prædicatorius, est qui <sup>re ad dispositis</sup> propositionibus constat prædi-  
catorijs, qui si tribus enuntiationibus absolvitur, per-

<sup>si se</sup> <sup>cum</sup> <sup>dum</sup> <sup>si se</sup> <sup>iam</sup> <sup>de q. no</sup> <sup>per se</sup> <sup>tionis</sup> <sup>me</sup> <sup>lo qui</sup> <sup>me</sup>  
fectus est: si verò duabus, imperfectus est, & enchy-  
mena. hic perfectum, completū & absolutū imper-  
fectum, incompletū, ac in absolutū, idē intelligimus.

Syllogismus perfectus, tribus constat enuntiationi-  
bus, & tribus terminis. Terminorum unum  
minore, alterum maiore, tertium mediū appellamus.

*singulos per se.**remouet  
aut ubi  
tionem*

*Hos* in syllogismo bis sumi necesse est, nam aliter è  
 tribus terminis, tres conficere enuntiationes nõ pos-  
 sumus. *Medius* ergo, est qui cum bis ante conclusio-  
 nem sumatur, in ea tertio repeti non potest. *Maior*  
 Verò, is est qui in <sup>concl. dicitur</sup> *conclutione* prædicatur: *Minor*, qui  
 in *conclutione* subijcitur. *Enuntiationũ*, quibus syl-  
 logismus cõstat, *maior* et *minor* propositiõne, alterã  
*minorem*, tertiam *conclutionem* nuncupamus. *Ma-*  
*ior* propositio, est quæ ex *maiore* et *medio* termino  
 constat. *Minor*, est quæ ex *minore* & *medio* termi-  
 no constat. *Conclutio*, est quæ præmissis duabus pro-  
 positionibus, *maiore* atque *minore*, necessario cõse-  
 quitur. In ea, cum rectè <sup>in factis</sup> insertur, *maior* terminus  
 cum non rectè, *minor* prædicatur. quod in quinque  
 modis primæ solummodò accidit. *Syllogismorũ*  
 tres sunt figuræ. *Prima*, est in qua *medius* termi-  
 nus subijcitur in *maiore*, et in *minore* prædicatur.  
 Quauis contrà fieri, & soleat, & possit. *Secun-*  
*da*, est in qua *medius* terminus semper prædicatur.  
*Tertia*, est in qua *medius* terminus semper subijci-  
 tur. Quas ob res, patet figurã nihil aliud esse, nisi  
 terminorum ordinem. *Modus* in syllogismo prope

*T*  
*Terminus me-*  
*dius est qui*  
*bis sumitur*  
*ante ipsam*  
*met conclusi-*  
*onem in*  
*illa repetitio*  
*potest.*

sitionum series est. Et sunt omnes decem & nouē.  
 Nouem, primæ: Quatuor, secundæ: Sex, tertiæ fi-  
 guræ. In hisce, ea verba ponamus, quæ & vulgo fe-  
 runtur, & totam hanc rem præ oculis ponūt. Nam <sup>negatiuis</sup>  
 & si barbariem quandam resonare videntur, aper-  
 tius tamen atque breuius omniatibi subiicient. Bar Barbara  
 bara, Celarent, Darj, Ferio, Baralipron, Celantes,  
 Dabit is, Fapesmo, Frisefomorum, Cesare, Came-  
 stres, Festino, Baroco, Darapti, Felapton, Disamis lectura  
Datisi, Bocardo, Ferison. In his (vt vides) verbis,  
 quatuor vocales <sup>in tribus prioribus syllabis</sup> reperiuntur. quarum A, vniuer- vomariis  
 salem affirmatiuam significat: E, vniuersalem ne-  
 gatiuam: I, particularem affirmatiuam: O, parti-  
 cularem negatiuam. Quare Barbara, primū no-  
 dum primæ figuræ, è duabus affirmatiuis vniuer-  
 salibus eiusdem & qualitatis, & quantitatis con-  
 clusionem inferre significat: vt.

Substan. animal, homo.

Bar	Omne animal est substantia,
ba	Omnis homo est animal: ergo
ra	Omnis homo est substantia.

Signi omnis, O.

Signi nullus, N.

Nota Signi aliquis, Q.

Signi aliquis non, Q̄.

Resupina Z ∩ ∩̄. indirectè colligere significant.

Eodem pacto in cæteris omnibus, ubi <sup>si rectè</sup> rectè illata cōclusio est, præterquam in quinque postremis primæ indirectè, in quibus minor terminus de maiore prædicatur in conclusione, ut verbi gratia Bar alipton. Subst̄a. animal, hō.

Bar Omne animal est substantia,

a Omnis homo est animal: ergo

liptō Quædā substantia est homo.

Cæsare significat primo secundæ figuræ modo ex prima vniuersali negatiua, secundæ affirmatiua vniuersali, negatiuā vniuersalē inferri hoc pacto.

Risibilis.

N Cæ Nullus asinus est risibilis:

sa Omnis homo est risibilis: ergo

N re Nullus homo est asinus,

Asi. Homo.



Ac per conuersionem quidem quo pacto fiat re-  
ductio, consonantibus quæ in uerbis iam scriptis sūt,  
breuiter percipere possumus. nam cum quatuor pri-  
mæ dictiones, ab B C D F incipiant, quæcumque ab  
B incipiunt uerba, ad primū: quæ ab C, ad secundū:  
quæ ab D, ad tertium: quæ ab F, ad quartū primæ  
reducendum esse significant. Præterea ubique  
S litera scripta est, propositionē ostendit quæ voca-  
li signatur, eam quidem quæ immediatè præcessit,  
conuertendam esse simpliciter: P uero litera, per  
accidens: M autem propositiones, quas præmissas  
appellant, sic immutandas significat, ut prima se-  
cunda, secunda primæ locum occupet: quæ omnia  
ut apertius pateant, exemplis uti non alienum est.  
Fapesmo ad Ferio reducitur, cum ab eadem litera  
utraque dictio incipiat. Fiat ergo syllogismus in  
Fapesmo, sit:

*Animal, Homo, Lapis.*

Fa

Omnis homo animal est,

pes

Nullus lapis homo est: ergo

mo.

Aliquod animal lapis non est.

Et quoniam P litera, primæ syllabæ S uero se

cunda inhaeret, prima propositio per accidens, secunda simpliciter primo vertentur: deinde quoniam *M* quoque adscriptum est, altera in alterius locum transferenda est, sic:

Lapis, homo, animal.

*Fe* Nullus homo lapis est,

*ri* Quoddam animal homo est: ergo

*o* Quoddam animal lapis non est.

Iterum eadem conclusio illata per primam, in quarto modo est: & huius reductionis, quae per conuersionem fit, proprium est, eandem <sup>in se</sup> conclusionem, quemadmodum illius quae per impossibile dicitur, alicuius concessi contradictorium inferre: verum de ea <sup>reductio</sup> <sup>ne per impos-</sup> <sup>ibile patet</sup> post. nunc alia exempla congeramus. Camestres in Celarent reducitur conuersione simplici secundae, quoniam *S* post vocalem secundae syllabae sequitur: & transpositione propositionum, quoniam *M* scriptum in dictione est, ut:

Omnis homo animal est,

Nullus lapis animal est,

Nullus igitur lapis homo est.

Contendis non sequi, idque si aliquo illorum qua-

tuor (quoniam probatiores sunt) inferretur, nō dubitares. Præponas igitur secundam conuersam simpliciter, sic:

Nullum animal lapis est.

Omnis homo est animal:

Nullus ergo homo lapis est.

Quæ conclusio etiam si simpliciter conuertatur erit illicadem, cui assentiri non poteris.

Item Darapti in Darij, sic:

Celarent

Carnestres

Quicquid ridet, homo est.

Quicquid ridet, animal est:

Quoddam ergo animal homo est.

Homo, N, Lapis.

Secunda vertatur per accidens, quoniam P, post secundæ syllabæ vocalem consequitur, sic:

Quicquid ridet, homo est,

Quoddam animal ridet,

Quoddam ergo animal homo est.

Homo. Q. Animal.

Darapti

Darij

Ac per conuersionem quidem reductio quomodo fiat, ex his patet

Per impossibile verò, secunda figura quatuor  
 modi sic reducuntur: Primam propositionem re-  
 ducendi syllogismi, primam collocamus. In secun-  
 do loco contradictoriū ponimus conclusionis: ex qui-  
 bus infertur contradictorium secūda propositionis,  
 que iam concessa ac data fuit. Ita compellitur is  
 qui cū disputamus, vel asserere duo cōtradictoria  
 simul posse esse vera, quod est impossibile: vel prio-  
 ri cōclusioni assentire. Hoc igitur pacto primus se-  
 cundæ in quartum primæ reducitur,

Nullus lapis homo est,

Ferio

Quicquid ridet, homo est,

Nihil ergo quod ridet, lapis est.

Huic cōclusioni tu non assentis, erit er-  
 go contradictorium eius verum: quare fit syllogis-  
 mus in quarto primæ, sic:

Nullus lapis homo est,

Aliquid quod ridet, lapis est,

Aliquid ergo quod ridet, homo non est.

Dedisti autem, quicquid ridet, hominē esse: das er-  
 go impossibile, id est, duo cōtradictoria simul esse ve-  
 ra. Sic igitur primus in quartum primæ: secūdus

in tertium: tertius, in secundum: quartus, in primū  
 reducitur. Nam quoniam reducēdi syllogismi ma-  
 ior, id est prima, etiam in eo relinquenda in quē re-  
 ducitur, deinde oppositum conclusionis in secundo  
 loco ponendum est, primam syllabam dictionis pri-  
 mæ figuræ sumas eiusdem vocalis, & oppositum  
 conclusionis secundæ syllabæ aptes diligentius, &  
 videbis apertissimè in quem unusquisque reduci  
 debeat. Ex prima propositione igitur secundæ fi-  
 guræ, & opposito cōclusionis, per hanc reductionē  
 oppositum secundæ iā datæ propositionis in prima  
 figura inferitur. In tertia verò primo loco conclu-  
 sionis oppositum collocamus, deinde ipsam secundā  
 propositionem secundo loco adhibemus: ex quibus  
 sequitur in prima figura primæ propositionis redu-  
 cendi syllogismi, vel contradictorium, vel contra-  
 rium. Quare primò quanta & qualis sit contradi-

*posita et qui  
 ngs mo di in  
 dicitur prim  
 e figura re  
 uocari ad qu  
 atque primos  
 modos in ind  
 car ditio (cas  
 licitatis) in*

toria conclusionis, considera: & vocali primæ syl-  
 labæ alicuius dictionis, quæ in prima figura sit, sic  
 accommoda, ut secundæ propositio secundæ syllabæ  
 conueniat. Ita reducitur Darapti in Celarent. Fe-  
 lapron in Barbara, Disamis in Celarent, Darisi in

*ac porro reductione oppositū conclusionis debet poni  
 pro maiore, et antiqua maiore pro minori preterquam  
 (in celarent) in quo debet fieri contrariū quoniam op-  
 positum conclusionis debet sumi pro minori et an-  
 tiqua maiore pro maiori.*

*Ferio*, *Bacardo* in *Barbara*, *Ferison* in *Darij*: hoc  
 modo primus, in secundum:

## CELARENT.

*Dar* Omnis homo rationalis est

*a* Omnis homo animal est.

*pti* Quoddam igitur animal rationale est.

*Homo* Cui si non assentierit id verum.

Nullum animal rationale est,

*At* omnis homo animal est,

Nullus ergo homo rationalis est.

Sed omnem hominem esse rationalem, iam datum  
 est. erunt ergo duo contraria simul vera, quod est  
 impossibile. Item quartus, in quartum:

## FERIO.

Omnis homo animal rationale est,

Aliquis homo albus est,

Quoddam ergo album, animal ra-  
 tionale est.

*Homo* Quod si non sit, ergo id est:

*DATISI* Nullum album animal rationale est,

Aliquis homo albus est,

Aliquis ergo homo animal rationale non est.

Sed datum est omnem hominem esse animal rationale, dantur ergo duo contradictoria simul vera, quod impossibile est. Non ignoro duos quoque postremos primæ in Analyticis in duos priores cōverti, verum id ipsum difficilius est, & parum ad propositum nostrum, idcirco negligemus. Et hæc quæ de reductione diximus, magis ad excitanda ingenia quàm quòd ad dicendum multum pertineant, dicta sunt. Hæc de prædicatorio syllogismo sufficiant. Plura si quis velit, ex aureo fonte hauriat, Aristotelis volumina evolvat: nos (ut instituimus ad conditionalis præceptionem transeamus.

DE PROPOSITIONE CON-  
DITIONALI.

unde solet de  
cavi coniuncta

si qua constat  
pluribus sim-  
plicibus



Conditionalis propositio, est quæ plurium categoricarum iunctione cōficitur. Oratio ea triplex est: quæ Si, ratio ali particula, quæ Vel, disiunctiva, quæ copulativa, Et, aut partibus consimilibus iungitur. Omnis conditionalis, duabus partibus constat, antecedente, & consequente. Antecedens

est, quo posito, aliud sequatur necesse est. Cōsequens est quod necessariò sequitur, si id cuius consequens est præceperit. id etiam annexum appellatur. Hæ igitur partes in rationali quidem (quam & propriè conditionalem appellant) ordine quodam natura inter se referuntur: atque ideo sic nobis descriptæ sunt. In copulatiua & disunctiua non natura, sed eius qui dicit, iudicio disponuntur. Rationalis siue cōditionalis propriè, si negatiua est, verane an falsa sit, ex affirmatione, remota negatione (ut ònes conditionales) cognoscitur. Non si tu es homo, tu es asinus: hæc vera est, quoniã affirmatio falsa. Est autem negatiua hypothetica, quacumque negandi aduerbium, cōditionis particula statim præpositū habet. Affirmatiua vera est, si consequentis oppositū antecedētē repugnat: falsa verò, si nõ repugnat: ut, si homo est, animal est. non enim potest homo esse, cū animal non sit. Id præceptum, ad ònes, quas iuniores consequentias, Cicero simplices cōclusiones Græci à Δυναμικῶν appellāt, examinādas rectè cōsequatur annò, plurimū valet. Est tamē & alia ratio, qua verane sit, an non rānalis, perspiciamus:

& cōmunis ei cum conclusione simplici locorum vi  
 delicet vis atque natura, qua genus, speciē sequitur  
 effectus, causam: adiunctum, id cui adiungitur, &  
 cetera, quæ aut seinuicem, aut vna ex parte conse-  
 quuntur. Quæ omnia rationis nota in conditiona-  
 li adiecta, ipsarum rerum non solum vi, verum  
 etiam ordine antecedunt & consequuntur. Quare  
 vt altius res hæc tota, pluraque alia rectè intelli-  
 gantur, omnium locorum vis, ordo, differētia per-  
 cipiēda. Hæc de rationali. Copulatiua vera ea est,  
 si vtraque pars vera: falsa verò, si et vtraque pars  
 eius falsa, et si altera falsa. Disiunctiua autē (cū  
 veritas in eo cōsistat, vt semper pars altera vera,  
 falsæue sit, cū ambæ non possint veræ simul esse,  
 vel falsæ) necessariò eas res semper continet, qua-  
 rum alteram esse necesse est: vt esse, non esse. dies  
 nox, ægrotus, sanus. præterea viuere, mori. vigila-  
 re, dormire in animalibus, ceteraque huiusmodi, in-  
 ter quæ tertium dari non potest. nam in alyis rebus  
 conficta disiunctio, formam tantum disiunctiue,  
 non vim possidet. quare disiunctiua vera semper  
 necessaria est, & vel contraria immediata conti-

net, vel pugnancia: sed non semper pugnancia, verã  
 disiunctiuam cõstituit. Hæc enim falsa est, Aut  
 homo est, aut animal non est. sequitur enim ex ea,  
 quicquid homo non est, id animal non esse: quod fal-  
 sum est. falsum autẽ ex vero sequi non potest, quã-  
 uis verum ex falso potest. quare in contrarijs imme-  
 diatis (appellamus autem cõtraria, opposita omnia  
 præter relativa) in his igitur disiunctiua semper  
 vera est: & in repugnãtibus, si termini sunt equa-  
 les: in terminis verò inæqualibus, videtur quidem,  
 sed non est. Quod ut facilius diiudices, quid ponit,  
 attende. Ponit enim disiunctiua omnis vel primã  
 partem solam, vel primæ partis oppositũ, per ratio-  
 nalem notam consequenti coniunctum, verbi causa.  
 aut dies est, aut lux non est. Hæc ponit, vel diem ef-  
 se, vel si dies non est, lucem quoque non esse. Quod  
 cum falsum sit, disiunctiua quoque falsa est. Illud  
 prætereà tenendũ est, è prædicatorijs ac simplicibus  
 propositionibus, quarum vterque terminus nomen  
 continet, conditionalem fieri: & omnem rationa-  
 lem, quæ verbo esse repetito constat, simplicem ac  
 categoricam, si quis hinc verbum auferat. quod illi

accessit. & si rationale particulā. ut homo est animal: si homo est, animal est: Sed nec categoricas in conditionales transire, in quibus verbum solū prædicatur: ut homo est, homo legit, homo disputat: nec conditionales ad categoricarum simplicitatē peruenire, si partim prædicata diuersa (aut diuersa verba sunt, aut si idem repetitum,) illud non est in quo verba omnia resoluntur. ut, si currit, mouetur: si peperit, cū viro cōcubuit. præterea, si homo viuit, animal viuit. nam si dies est, lux est, simplex fieri potest, & omnes eiusmodi similes. Ad hæc, omnis connexa propositio, duabus cōstat categoricis, vel affirmatiuis, vel negatiuis, vel altera affirmatiua, vel altera negatiua. qua ex re quatuor fiunt cōnexarum species, hoc pacto: Si dies, ergo lux est: si nec illud, nec hoc. Si dies est, nox non est: si non illud, hoc igitur. Verū quoniam propositiones, (quas repugnantes diximus) tertium conditionaliū modū condunt, de ijs nunc differemus, si prius quæ repugnantia dicantur, exposuerimus. Repugnantia dicuntur, quæ ita inter se consequuntur, ut quod vnum contrariorū consequitur, reliquo cōtra

rio cōparctur, vel ut unius partis oppositum, alteram partē natura consequatur. nam cum amicus & inimicus contraria sunt, quoniā nocendi studiū, inimicitias consequitur, si quis amicum studere ut noceat, dicit, repugnantia dicit. Repugnans itaque propositio est, quæ repugnantibus terminis aut partibus connectitur. terminis, categorica repugnat: ut si dicas inimicum, prodesse inimico. Partibus, conditionalis, quæ si duabus affirmatiuis coniungitur, adiecta: si ex duabus negatiuis dempta negatione, posterioris partis repugnās est: si ex altera parte affirmatiua, altera negatiua, conditionalis composita est, siue negationem demamus, siue alteri quoque parti negationem apponamus, repugnantia efficiuntur, hoc pacto. Si dies est, Lux non est. hæc repugnans propositio est, quoniā pugnantibus constat partibus. nam lucem non esse, noctem consequitur. nox autem, diei opposita est. Quare si pugnantia sunt, quorū quod contrariorum alterum sequitur, alteri iūgitur: diem esse & lucē non esse, pugnantia sunt. Est autē repugnans propositio, quæ ex his cōstituta est. Hæc ergo, si dies est, lux nō est quæ eas

partes continet, repugnans est. Item, si animal non est, homo non est: ex hac repugnans fit, si posteriori parti ne gatio dematur, atque ita dicatur: si animal non est, homo est. huius propositionis partes, sunt repugnantes, quoniam oppositum vnius, alteri naturâ inuigitur. est enim animal, si homo est. item si dies est, nox non est. quòd si non dies est, nox est. In his (ut diximus) siue alteri quoque parti negatione ad iicias, siue eam que inest tollas, pugnantis facies. vtraque enim pugnans est, si dies est, nox est. & dies non est, et nox non est. nã & noctem esse oppositũ eius sequitur quod est diem esse. sequitur enĩ, si dies nõ est, & noctẽ esse. & noctẽ non esse, si dies est, sequitur. diem autẽ esse, ei opponitur, quod est diẽ nõ esse. pugnant igitur partes, ergo repugnantes sunt & propositiones. Sed de cõnexis propositionibus, hætenus. nũc de syllogismo dicamus. Syllogismi quos cõditionales latine, vel propositiones appellare possumus, tribus constant partibus, propositione assumptione, cõclusionem. horũ septem sunt modi, quorum tres è rationali, quatuor è disiunctiua & copulatiua oriuntur. Primus modus, est cùm primum

assumitur, ut annexum cōcludatur hoc modo. si homo est, animal est. atqui homo est, animal igitur est. Item si animal non est, homo non est. non est autem animal, non est igitur homo. Secundus, est cū annexum in assumptione tollitur, ut id quoque quod antecedit, tollatur, hoc pacto. si homo est, animal est. atqui animal non est, ne homo igitur. Item, homo non est, si animal nō est. atqui, homo est, animal igitur est. Item, si dies est, nox nō est: sed est hoc, non illud igitur. Item si sanus non est, egrotat. atqui, non egrotat, sanus igitur. Tertius est modus cū propositionis negativæ conditionalis, quæ repugnantibus, aut contrarijs constat partibus, antecedens affirmatur, ut annexum tollatur, hoc modo. non si homo est, animal non est. atqui, homo est, animal igitur est. Item, nō si repudiata est, vxor est. sed repudiata est, vxor igitur non est. significant autem huiusmodi negativæ propositiones impossibile omnino esse, si antecedens est, quod consequens sit: unde & conclusionem necesse semper inferri demonstrant. Diximus autem de contrarijs vel repugnantibus constare partibus huius

tertij modi propositiones, quoniã quæ aliter se habent  
 syllogismũ nullũ cõstituunt, neq; impossibile signi-  
 ficat, posito antecedente nõ esse consequens. Quare syl-  
 logismũ inde nullũ facimus, sed qui cõtrã fieri po-  
 set, eũ destruimus. Ut, pro Milone Cicero, Nisi verò  
 aut ille dies i quo T. Gracchus est cõsus: aut ille quo  
 Caius, aut quo arma Saturnini oppressa sunt, etiã  
 si è republica, rēpublicã tamẽ nõ vulnerarũt. Nã  
 cuius possent aduersarij Milonis dicere, si è republi-  
 ca fuit cædes Clodij rēpublicã nõ vulnerauit, vulne-  
 rauit autẽ rēpublicã, quoniã aduersus eã facta  
 est, ut senatus decreuit, non fuit igitur è republica,  
 ut Milonis defensores innuere videntur. Cicero nõ  
 si è republica fuit cædes Clodij, rēpublicã tamẽ nõ  
 vulnerauit, opponit. cuius sensus est (ut diximus)  
 antecedente dato, nõ sequi esse vel non esse quod an-  
 nexũ est. Id. j; probat tribus exemplis, quorum pri-  
 mũ (ut in formã suam separatim redigãtur) id est  
 Non si è republica T. Gracchus oppressus est, ille di-  
 es in quo cõsus est, rēpublicam non vulnerauit.  
 Alterum, non si Caius è republica oppressus, ille  
 dies in quo cõsus est rēpublicam non vulnerauit.

Tertium, non si arma Saturnini in illo die quo casus est, è republica oppressa sunt, rempublicam tamen non vulnerauerunt. Quod si hæc ita se habent potest & P. Clodius è republica casus esse, & rempublicam tamen vulnerasse. cum nulla sit vis in libera ciuitate inter ciues suscepta, non contra rempublicam. Hæc diximus latius, ut ille locus qui sub obscurior est (cum multa in vno cõorta oratione confundat) rectè intelligatur: vel ut ex hoc etiam intelligas, quàm rudes quàmq; ignorantes illi sint, qui sine artificio præclaros oratores scripsisse contendunt. quare si quis artificij expers eos intelligere velit, is ad nucleum cum nullo pacto peruenire possit, quasi insanus contemnendus esse videatur. Duplex ergo negatiua huiuscemodi conditionalis sensus est: vnus, ex quo tertium conditionalem syllogismorum modum constituimus: alter, ex quo nullum facimus ipsius syllogismum, sed aut factum diluimus, aut ne fiat prouidemus. prioris exemplum: non si dies est, lux non est, id est, non sequitur, si dies est, quin lux sit. posterioris, non si dies non est, lux non est, id est, non sequitur non esse lucem, si dies non est. item, non si

homo est, albus est. non enim sequitur album esse si homo est. ita primus sensus in ijs quæ excōtrarijs vel repugnantibus constant: alter, in reliquis habetur. Verùm hoc tertio ratiocinationis modo brevissimè inferuntur (Cicerone teste) quæ ad Herenniũ ipse contraria appellat, Græci ἐν δὲ ὑμῶν μὲν ἁπλῶς per excellentiam dicunt. nam cùm omnis sententia ἐν δὲ ὑμῶν μὲν Græcè dici possit, hæc maximè quæ sunt acutissima, nomen commune tanquam proprium possederunt. qua ratione Aristoteles etiã motus, omnè imperfectam ratiocinationem ἐν δὲ ὑμῶν μὲν vocat. est enim tantò acutior absoluto syllogismo simplex conclusio, quantò brevior. Verùm enthymemata rhetorum, quæ acutissima sunt, nescio qua ratione impulsus Boetius, tertij modi solam esse contendit propositionē, in commentarijs quos super Ciceronis Topica edidit. Maximè cùm Cicero ex contrarijs hæc conclusa dicat, & ipsa oratio nihil acutius dici ostendat, quod in se vim rationis contineat. Quare circuitus (quem Græcè περιόδοσιν appellamus) uti proprium oratoris maximè multi dicunt, quoniam is orationis uno contextu brevi ac coactò, propositio

nis, rationis, ac conclusionis vim, absolutior quidem  
 ipsis verbis continens, imperspectior colligit. Ut er-  
 go circuitus magnā idcirco vim habet, quoniam ar-  
 gumentationē totā breuius & occultius, & mo-  
 spiritu absoluit: sic enthymema (quo rhetores maxi-  
 mē laudamus, si ea facile ac copiose ubi oportet ve-  
 rantur ratione) concludi credendum. quod & Ci-  
 cero innuit pressius, ut pleraque solet, cum dicat ex  
 contrarijs concludi. Quare non erit syllogismi pro-  
 positio, ut Boetius sentit, sed conclusio simul ac as-  
 sumptio, enthymema. quod ut apertius pateat, exē-  
 plolatius enodetur: Quos cum plures essent, vici-  
 mus, eos pauciores timemus? Pugnancia hæc sunt  
 utriusq; ratione: & quoniam posterior pars præce-  
 dentis oppositum consequitur, & quoniam præce-  
 denti posterioris oppositum annectitur, quanuis &  
 verba ipsa, Plures ac pauci, vincere ac timere, con-  
 traria sunt. modum verò conclusionis hunc tam in-  
 repugnantibus, quam in contrarijs fieri diximus.  
 Quare & enthymema quod assumptione & con-  
 clusione constat, huiusmodi est, Quos cum plures  
 essent vicimus, eos pauciores timemus? deinde as-

sumamus. Sed eos cum plures essent vicimus, eos ergo pauciores non timemus. Huius ratiocinationis assumptio, in enthymemate primò (ut debet) posita est, cōclusio verò cum negativè inferri debuisset, absque negatione quidem, sed cum interrogatione prolata est. tenet enim plerū que interrogatio negationis vim. Ita enthymema huiusmodi ad simplicem conclusionem redire videtur, quam (ut diximus) Aristoteles enthymema voluit appellari. Differt tamē ab ea, nō solum acuitate, aut viribus, quas maiores possidet, hic modus: sed etiam quoniā vis illationis apertissima ibi, occultior hic: ac ideo animū facilius elabitur ac labefactat. quod omniū proprium est, in quibus artificium magis latet abditum. Hic autem ita reconditum est, ut nō rudes solum, sed etiam qui rhetoricam profitentur ac docent, omnino fugiat: quos tamen rectius quis factiores quàm rhetores appellauerit. qui etsi non magis grati quàm rudes sunt: tamen, quoniā cupimus hæc omnibus esse notissima, alia cōgeramus exempla. Qui se amicis inexorabilem præbet, is erit placabilis inimicis? Hæc oratio contrarijs partibus iuncta

est. Ex hac in tertio modo ratiocinatio fiet hoc patet, Non qui se amicis inexorabilem præbet, is erit placabilis inimicis: sed is se amicis inexorabilem præbet, non is igitur erit placabilis inimicis. Item, hoc metuere, alterum in metu non ponere, hoc enim ita breuius in Topicis posuit Cicero, nos latius atque apertius absoluamus. Paucos interficere ciues metuis, totam rempublicam interire non metuis: hic similiter contraria metuere & nõ metuere. Omnia opposita præter relativa, sæpius contraria solent nominari. Fiat igitur ratiocinatio in tertio, sic, Nõ & paucos interire ciues metuis, & totam rempublicam interire non metuis, sed paucos interire ciues metuis, totam ergo rempublicam interire magis metuis. magis adiecimus, ut ostenderemus crescere nonnunquam enthymema, & maioris ac minoris vim acutiùs subostendere. non enim quemadmodum dialectici distinctiùs, ratiocinationis partibus positus, atq; simpliciùs (ut in hoc opusculo docendi causa fecimus) sic oratores separatis atq; integris partibus argumentatione concludunt. nõ id ut doceri necessarium, sic ab eo qui dicit, alienissimũ: sed cõsufis

nonnunquã partibus, plerunque alijs neglectis, alijs  
 mutatis, alijs mancis, pressius quod volunt et acrius  
 complectuntur. quod & princeps ille nõ solùm in-  
 telligendi, sed etiam dicendi Aristoteles factitat.  
 Verùm qui docet, nisi rem omnem ordine suo in lu-  
 cem efferat, vel quoniam ignorat, vel quoniã inui-  
 dia laborat, omnia sic confundit, vt auditores de-  
 discant potiùs, quàm discãt. quod ita esse hoc signo  
 maximè perspicies, quòd cum multos annos docue-  
 rint, neminem tamen doctum effecerint. Verùm  
 id ignorantia ita fieri magis quàm inuidiã, id signi  
 est, quòd nihil vnquam huiusmodi homines saltem  
 gloria sempiterni nominis dignum, scripserunt.  
 Nihil enim magis doctrinam hominis quanta sit  
 monstrat, quàm multa rectè scribere. Què admodum  
 nihil magis ignorantem hominem prodit, quàm  
 nihil ex se rectè dicere, ad aliena semper confu-  
 gere: ac cum ad sua redire cogitur, labi ac concidere.  
 Non enim memoriam (vt pueri) ostentare, sed do-  
 cere debemus. Quare nos qui hæc & docendo &  
 scribendo in lucè proferre conamur, faciemus, qui  
 & si fraude ignorantia quam multã perpeffi su-

nus, vexati, tamen hæc studia desiderantibus, non  
 grauabimur quale sit, quod diximus, è Cicerone  
 ostendere, ut ad similem diligentiam exemplo ac  
 doctrina ceteros impellamus. In libris ergo de di-  
 uinatione ita scriptum reliquit Cicero: Si sunt dij,  
 neq; ante declarant hominibus quæ futura sunt, aut  
 non diligunt homines aut quid euenturum sit igno-  
 rant, aut existimant nihil interesse hominum scire  
 quid sit futurum, aut non censent esse suæ maiesta-  
 tis, præsignificare hominibus quæ sunt futura, aut  
 ea ne ipsi quidem dij significare possunt. At neque  
 non diligunt nos (sunt enim benefici generiq; homi-  
 num amici) neque ignorant ea, quæ ab ipsis cõstitu-  
 ta & designata sunt, neque nostra nihil interest  
 scire ea quæ euentura sunt (erimus enim cautiore  
 si sciemus) neque hoc alienum ducunt à maiestate sua  
 (nihil enim est beneficentia præstantius) neque nõ  
 possunt futura prænoscere. Non igitur sunt dij,  
 nec significant futura. Sunt autem dij: significant  
 ergo. & si non significant, nullas vias dant nobis  
 ad significationis scientiam. frustra enim significa-  
 ret. nec si dant vias, nõ est diuinatio, est igitur diui-

natio. Hæc Cicero. Nos videamus quæ Vis, quæ  
 ratiocinationes huic insint orationi. Vis inest loci  
 qui ab antecedentibus dicitur, & eius qui à partibus  
 est. Principalis ille locus, à partibus antecedit. Ar-  
 gumentationes quatuor: ab enumeratione partium  
 una, qua probatur annexum illud, Neque antè de-  
 clarant hominibus quid euenturum sit. Quibus  
 partibus enumeratis atque infirmatis, relinquitur,  
 si sūt dij, futura ab illis hominibus declarari. Quæ  
 cōclusionē intulit propositione ipsa repetita. Quod  
 semper serè factitat, cum oratio necessitate rerum  
 longior, quàm perspicuitas patitur, sibi cōfecta est.  
 Propositione igitur ipsa resumpta, integram ratio  
 cinationem in hoc tertio modo sic constituit, Non  
 igitur dij, neque significant futura, nam falsam il-  
 lam esse quàm posuit, enumeratione demonstravit.  
 Si enim aliqua istarū quinq; partium solum fieri  
 posse videtur, ne dij futura significant: quibus mini-  
 me fieri posse, omnium infirmatione demonstratū  
 est. Repugnans hoc esse probatur, si sunt dij, non si-  
 gnificant futura. Huiusmodi autē propositiones,  
 non repugnantese esse non possunt, quare & opposi-

tū eius itulio negatiōe adiecta, vel ut verā inferat,  
 vel ut tertij modi propositiōe utatur, vel ut ostēdat  
 repugnantē affirmatiuē à superioribus sequi. Non  
 igitur sunt dy: neq; enī significāt futura, sed sunt,  
 significāt ergo. Hac deinde conclusiōe ātecedētis  
 loco accepta, aliā repugnantē negat. Repugnās hæc  
 est, Si dy futura significāt, nullas dāt vias ad signi-  
 ficationis scientiā. hoc enī oppositū precedentis in-  
 sequitur. nā rectē infertur, Si nō significāt, nul-  
 las dare nobis vias ad significationis scientiā. Est  
 ergo repugnās affirmatiua, quam negauit, ut ex  
 ea integrū syllogismum faciat, quē intellexit, hoc  
 modo, Et si nō significant, nullas vias dāt nobis ad  
 significationis scientiam: significant autem, igitur  
 dant vias ad significationis scientiā. hanc con-  
 clusiōnē tertio similiter ut & superiorem in secun-  
 do syllogismo, antecedens facit repugnantis huius,  
 Si dant vias ad significationis scientiā, non est di-  
 uinatio: quam negauit, ut ex vera propositiōe ve-  
 ra inferatur in tertio modo, sic, Nec si dāt vias, nō  
 est diuinatio. Assumptionem lectori docto relin-  
 quit (nullius enim sibi cura indocti sunt). Atqui

dant vias. hinc concludit, est ergo diuination. Vides mi Petre, quo artificio locus hic præclaro illi viro & oratori est absolutus, quem libenter interposuimus, ut & quod docemus apertius faceremus, & viis ipsius loco tam & cæteros eloquentiæ studiosos, quam docentes admoneamus, maiore cura quam faciunt, opera Ciceronis exponere, ne indoctiores reddant auditores, quam acceperint: neque nudos animos ipsorum, sua ignorantia, ineptiores ad bona studia efficiant. Verùm de primis tribus, quos oratori cum dialectico Cicero cõmunes sentit, satis dictum erit, si illud commonuerimus, quod iam tetigimus, propter orationis elegantiam, demi, addi, cõmutari que nonnulla eorum posse, quæ in dicendo vt res pateat, fieri oportere asserimus. Cõmutationis, illud tibi exemplo sit, quòd negatiuam diximus cõditionalem, cum conditionis notam negatio præcedit: quam Cicero postposuit, cum dicat, Et si non significat, nullas dant vias. Detractionis illud, Nõ igitur sunt dii: neq; enim futura significat. nam, Si, conditionis particulam in prima propositione positam, detraxit: quam rem assumptio demonstrat.

Nūcne quid huic doctrinæ desit, alios quatuor bre-  
 uiter exponemus: quos dialecticorum esse tantum  
 Cicero opinatur, quanuis ipse certè orator summus,  
 dialecticus etiam (si quis ita vult) vel in orationi-  
 bus nonnunquam his vsus sit. Quartus igitur mo-  
 dus est, cū disiunctiuæ antecedens in assumptione  
 ponimus, vt quod sequitur infirmetur, hoc modo.  
 Aut dies est, aut lux solaris non est. sed dies est. est  
 igitur solaris lux. Item, aut sanus est, aut agrotat.  
 est autem sanus, non agrotat igitur. Quintus mo-  
 dus est, cū id quod in disiunctiuæ præcesserit, in as-  
 sumptione tollitur, vt quod sequitur confirmetur,  
 hoc pacto, Vel viuit, vel mortuus est. sed nō viuit,  
 mortuus est igitur, suūque obiit diem. Item, aut  
 non est dies, aut non est nox. sed dies est, non est igi-  
 tur nox. Sextus & septimus, ex disiunctiuæ in co-  
 pulatiuam mutata, negatione addita, constituun-  
 tur. & sextus quidem fit, si antecedens ponitur, vt  
 coniunctū, ac consequens interimatur, sic, Nō &  
 risibile non est & homo est. sed risibile non est, non  
 est ergo homo. Item, non & risibile est, & homo  
 non est. sed risibile est, igitur & homo. Septimus

fit, si negativè propositionis, quæ ex disiunctiva copulativa facta est, antecedens tollitur, ut quod sequitur, ponatur, hoc modo, Non & prudens est, & ineptus est. non est autè prudens, est igitur ineptus. Ita septem hi conditionales modi, tres ex propositione proficiscuntur, quam conditionalem propriè appellamus: duo, ex disiunctiva: & duo, ex copulativa negativa, in qua copula sit, ex disiunctione versa. hinc patet sextum ac septimum modum in quadam, non in omni materia, syllogismos esse. quare syllogismos eorum quosdam, quàm simpliciter appellaverim. Simpliciter enim syllogismum dicimus, qui ea structura est, ut si ea quæ præcedunt, vera sint conclusionis necessaria colligatur consecutio: quod tam prædicatorijs, quàm alijs ferme omnibus conditionalium modis inesse videmus. nã tertij modi contendat quis non esse simpliciter syllogismũ. At verò & hi duo posteriores, non ex omni vera copulativa, sed ex ea solùm quæ ex disiunctiva vera versa sit, necessariã habent consecutionẽ. Hæc enim vera est, Non & homo est, & animal non est. in omnibus enim contrarijs ac repugnantibus,

que simul eidem inesse non possunt, huiusmodi  
 copulatiua necessitatem continet. At septimus ex  
 ea modus confici nō potest. non enim sequitur, Si  
 homo non sit, animal quoque esse. Itē hæc vera est,  
 Non & lux est, & dies est. Lucē enim esse & nō  
 esse diem, simul fateri quis poterit? At sextus ex  
 ea modus confirmari non potest. neque enim fit, si  
 lux est, diem non esse. Quod si simpliciter is syl-  
 logismus est, qui ea structura constat, ut semper  
 ex veris vera colligat, idq; sextus ac septimus mo-  
 dus non faciat, quosdam eos & non simpliciter syl-  
 logismos esse necesse est. Vtuntur verò tam philo-  
 sophi quàm oratores, non minùs his oībus syllogis-  
 mis, qui rei, quàm vs, qui cōpositionis gratiā conse-  
 quuntur. Nunq; enī erubescunt, si res patitur, rē po-  
 tiùs, quàm cōpositionē diligēter sequi. Ut pro M. illo  
 Cicero, Nisi vidisset posse absolui eū qui fateretur,  
 nō dedisset nobis tã salutarē in iudicādo literā. Ab  
 affirmatione enim nō præcedētis, sed annexi, ratio  
 procedit. Itē quanuis pressius, Si hic illi fecit in-  
 dias, non sit impune: si ille huic, tū nos scelere solua-  
 mur. In altero enim si quod præcedit affirmes,

cōnexum primo modo confirmatur: in altero, si antecedens tollis, tollis & consequens: quod non compositionis, sed rerum vi sequitur. Quas ob res danda est opera diligenter, naturā, vim, ac ordinem rerū nosse. quod exacta Topicorum ac exquisita doctrina pollicetur: deinde, syllogisticae compositionis vires non ignorare. nam is mihi solum posteritate digna conscriber. qui hæc neglexit, eius scripta tanquam flosculi, celeriter decident. Verūm de perfectis syllogismis satis: nūc de imperfectis dicamus.

DE SYLLOGISMO IMPERFECTO, SEV ENTHYMEMATE.

**S**implex conclusio, est quæ unius propositionis necessaria consecutione conficitur simpliciter, hoc pacto, Eo isto tempore quo Romæ istud à me factum dicitis, ego trans mare fui. nō ergo feci, nec potui quidem facere. Composite, hoc modo, Contēnis tu virtutē, cū sis homo. virtutem ergo contēnis. Huius rei à iunioribus qui de dialectica scripserunt, multa dantur præcepta, quorum cognitio et

difficilis est, et parū utilis. Illud longè necessariū  
ad dicendum, locorum vim omnem rationemq; per  
cipere, quod non rhetorem solum constituit, diale-  
cticum armat: verū & ad ceteras facultates,  
tam ornamentum quàm copiam afferre solet. nec  
solum enthymematicum facile reddet, sed omniū  
syllogismorum radices & quasi principia funditus  
aperit. Quas ob res, maxima semper diligentia,  
Topica est à maioribus nostris ratio celebrata, &  
profecto qui credit absque locorum, id est Topici ar-  
tificij cognitione, rectè, copiosè, facile inuenire: ut  
cum neq; per se quāta sit hæc res, intelligere queat,  
neq; maiores tam Latinos, quàm Græcos audiat,  
quasi demens contemnatur. Quare tu, quē ad ma-  
iorem imitationē non casu, sed recta ratione institu-  
ere cupio, terminos questionis sic diligenter conside-  
ra, ut genera, species, differentias, propria, quæ in-  
herent accidentia, partes singulas, definitiones, no-  
tas, antecedentia, consequentia, causas, effectus, con-  
iuncta, paria, et rursus, maiora, minora, contraria,  
repugnantia, ut inquam omnia hæc quæ intrinse-  
cus sunt, aspicias. Nec te fugiat syllogismorum

*vis, natura, similitudo, dissidentia. Nam si rectè lo-  
 cos intellexeris, exercitatione adhibita, mirabilem  
 quandam & facilem habebis dicendi copiam. Nec  
 indoctis ac rudibus auscultes. qui idcirco putant vel  
 nihil, vel perexiguū inde nobis suppeditari, quòd ip-  
 si aut nihil, aut parum educere possunt. Nec te (quo-  
 niam res ardua est) deterreat: faciet enim eā vsus  
 facilem. nam quemadmodum qui literas sciunt: nō  
 est necesse quoties legunt aut scribunt, toties cogi-  
 tatione literarum vim atque numerū conquirere:  
 sic qui locos mente cōceperunt, exercitatione firma-  
 runt, vsu inuictos sibi effecerunt, eos necesse nō est,  
 quoties q̄stio proposita est, toties ad eius sepositos  
 locos reuolui: sed occurrūt ilico peritis, ad explican-  
 dam quæstionem: vt literæ ad singula verba scribē-  
 da, etiam si non quæris, vt natura, non arte ad eas  
 institutus esse videaris. Sed plerique adeò sunt ru-  
 des, atque agrestes: vt antequàm locos bene noscāt,  
 inueniendi copiam habere velint: quasi verò quis-  
 quam verba legere scripta possit, nisi literarū pri-  
 mò figuras ceperit, deinde vsum lectioni sapius atq;  
 sepius accommodauerit. Verùm indoctos tabescere*

sinamus, nos ne indocti simus, elaboremus. Omnes  
 igitur loci, unde ad syllogismos mediū quæritur,  
 enthymematici sunt. Nō enī est aliud perfecti, ali  
 ud imperfecti syllogismi mediū. Quod cū <sup>enti me. tria.</sup> ita sit  
 rerū tamē ipsarū vel perspicuitas, vel trita cōsue-  
 tudo facit, ut cōclusionē potius simplici, quā per-  
 fecto syllogismo utendū sit. Nā sicut ī re parū co-  
 gnita, ratiocinari oportet absolutius: sic in re aper-  
 ta, propositionū altera fastidiū parit. Sed cū tri-  
 bus constet ratiocinatio propositionibus (cōclusionē  
 enim etiā, propositionē voco) enthymema duabus:  
 dubitare poteris, quā ex præmissis, conclusionem po-  
 tius enthymematicis inferre solemus. Quæ res ve-  
 ribi certa ratione comprehensa, non sinat huc &  
 illuc tanquam imperitū fluctuare, mediū terminū  
 maiori & minori cōpara. Quod si equaliter ante-  
 cedere vel cōsequi ad utrunq; videtur extremum  
 (quod posse fieri cōtēderemus, quāuis rarō equali-  
 ter ex alterutro infertur cōclusio) præmitti potest  
 utralibet. At si locorū vi cōsiderata, certius aut ve-  
 risimilius extremorū alterū antecedit, aut cōse-  
 quitur: certior aut verisimilior est præmittēda.

quod in dicendo qui non obseruat, non ignorantia  
 solum, sed tarditatis quoq; crimine est accusandus.  
 Illud apprimè tenendum, simplicis conclusionis, si  
 necessaria vti debet consecutione, conclusionis oppo-  
 situm precedenti repugnare: si verisimiliter conse-  
 quatur, connecti posse. Vt Mater est, & filium non  
 diligit. hæc quoniam connecti possunt, necessaria  
 ista non est consecutio, Mater est, ergo filium dili-  
 git. Ad hæc quoniam simplicis conclusionis conse-  
 quens, alterius consequentis antecedens fit: & eius  
 similiter consequens, alij antecedit: quod primò om-  
 nium antecessit, necessaria consecutione ad vltimū  
 consequens præcedere (quod etiam in orationibus fi-  
 eri obseruauimus) hoc pacto, Si ridet, homo est: si  
 homo est, animal est: & si animal est, substantia est.  
 & assumendo. Atqui ridet, ergo substantia est. Præ-  
 terea tenendum optimè est, oratores maximè in di-  
 cendo solere, cum ratione aliqua quicquam velint  
 comprobare, vnicam propositionem dicere, audito-  
 ribus cetera relinquere. habet enim plerunque bre-  
 uitas, quãdo res ad aperta est, maiores neruos im-  
 plicita, quos incidit explicata oratio. Vt in epistola

ad Plancum, Nec verò tibi Senatus amicioꝛ, quàm  
 cuncta ciuitas. Mirabiliter enim populus Ro. vni-  
 uersus & omnium generum, ordinumque consen-  
 sus, ad liberandam rempublicam conspirauit. que ra-  
 tio etsi plurimum moueat, parum tamen accommo-  
 data subtilius hæc perscrutanti videbitur, nisi ad  
 syllogismum, cuius viribus nititur, absolutius re-  
 ducatur. plurimum enim afferre ad probandum, tã  
 Senatam, quàm totam ciuitatem amicissimã esse  
 Planco, primo impetu videbitur: sola examinata,  
 languescit ac labitur. Quare vires sue per syllogis-  
 mum perspiciantur hoc pacto, Omnes qui ad liberã-  
 dam rempublicam mirabiliter conspirant, vehemẽ-  
 ter amant eum, qui rempublicam liberare & vult  
 & potest: sed populus Romanus vniuersus, & om-  
 nium generum ordinumque consensus, ad liberan-  
 dam rempublicam mirabiliter conspirat: Populus  
 ergo Romanus vniuersus & omnium generum,  
 ordinumque consensus, vehementer amant eum qui  
 rempublicam liberare, & vult et potest: sed vtraq;  
 tibi insunt: tibi ergo tam Senatus quàm tota ciuitas  
 est amicissima. Ita vna propositio, syllogismi

vnius, & simplicis cōclusionis vires habet. Quæ ex  
 re vides quanta ignorantia illi sunt inuoluti, qui pu-  
 tāt in oratoribus ac maximè in Cicerone, verborū  
 esse copiam, non sententiarum, nam cum nec quid  
 dicat, nec cur dicat, nec quomodo intelligant, verbo-  
 rūque solam venustatem considerent, damnare  
 audent quem non intelligunt, nec mirum, cum ple-  
 rique eorum qui hanc dicendi copiam profitentur,  
 quæque dicendo Ciceronis libros aperire conantur, id  
 ita esse concedunt. verū tu hos ignorātes contēne  
 & plurima sic dicta diligētius examines, subtilius  
 accommodes, nec ratiocinationes putes, sed inuenta  
 implicite atque inuolute conscripta, vel vt magis  
 breuitate moueant, vel vt artificium abstrusum le-  
 teat. Quod nullus certè percipiet, nisi quod inuol-  
 tius complicatum est, latius explicet. Quod tami-  
 non in omnibus fit, nam cuncta quæ orationis vim  
 obtinent, ad prædicatorios syllogismos reduci posse  
 nemo peritus negabit. Nō ergo in omnibus, sed in obs-  
 curioribus faciendū esse arbitror. Ac de his satis.

DE DEFINITIONE ET  
 DIVISIONE.



Vnc de Definitione ac Diuisione,  
cōiunctim, pauca dicamus. Nam  
ita se habēt, vt altera alterius ege  
re videatur. Nec enī nisi qui res  
ēta distributione vsus est, de finire  
se vnquam intelliget: nec vnquam rectē distribuere  
poteris, nisi quid sit quod distribuendum est, cō-  
scripseris. Definitio est coactē in se atque cōpli-  
cata rei, breuis atq; absoluta explicatio. Definitio-  
num quatuor genera, Substantialia, Describēs, per  
Partitionē, per Diuisionem. nā qui plura faciunt,  
ea connectunt, quæ aut ad hæc facillè reducuntur,  
aut leuiora sunt, quàm vt definitiones appellari pos-  
sint. Substantialis definitio, est oratio quæ id quod  
definitur, quid sit explicat breuiter, & absolutè cō-  
plectitur. Per partitionē definitio, est oratio quæ  
per enumerationem partium breuiter et absolutè a-  
liquod totum ostendit. Per diuisionem definitio,  
est oratio quæ specierū disiuñctione breui ac abso-  
luta, genus aliquod ostēdit. Diuisio, alicuius in par-  
tes suas distributio. Eius duo sunt genera: Vnum,  
quod per se rem aliquam distribuit. Alterum,

Definitio  
est rei ex  
pli catio.

Definitio est  
rei et hinc  
o propriam  
distinctionem.

quod per accidens partitur. Prioris rursus tres sunt species: generis in species, quæ proprie dicitur diuisio. Vt animal hoc rationale, illud irrationale, differentias etiam formæ speciei que nomine complectimur. Totius in partes, quam partitionem proprie possumus nuncupare. Vt domus, in fundamentum, in parietes, in tectum: Vocis, in significationes, quæ distinctio appellatur. Vt canis, vel piscis, vel terrestre animal, vel sidus. Posterioris itidem tres sunt modi: Quo substantiam quæ subicitur, per accidentia partimur, quæ subiecti in accidentia diuisio dicitur. Vt hominum, alij pii, alij impij: Quo accidentia per substantias, quam accidentis in subiecta nominamus. Vt omnium quæ expetuntur, alia incorporea, & alia in anima sita sunt: Extremus, accidentis est in accidentia distributio. Vt candida omnia, vel dura sunt, velut lapides albißimi: vel liquentia, Vt nix. Hæc accidentis in accidentia diuisio sola, in alterutrum separatur. Vt eorum quæ dura sunt, quedam alba sunt, Vt lapis Parius: quedam nigra, Vt Terbinthus. & rursus eorum quæ nigra sunt, alia dura Vt hebenus: alia liquentia, Vt pix, His ita dictis

communiter, illud mihi præcipiendum videtur, diuisionem generis & eam quæ secundum accidens est, in opposita semper fieri: et cum oppositionis species quatuor sint, contraria commodissime omnium adhiberi, contradictoria etiam, & quæ per priuationem & habitum dicuntur, non esse abiicienda: quæ verò relatiue opponuntur, si rem per se diuidamus, nullum habere locum: si per accidens, non omnino negligenda. dicimus autem homines alios dominari, alios seruire. Item, omnem diuisionem (ea excepta, quæ vocè in significationes distribuit) nil oportere plus minusue continere. Verum cum vocem in sua significata distinguimus, ea complecti nonnunquam sufficiet, quæ ad rem nostram faciunt. Est autem omnis distinctio duplex, nam aut vnius ac simplicis est termini, quæ distinctio æquiuoci dicitur: aut orationis, quæ ἀμφιβολία Græci, nos ambiguum dicimus, vt, Αἰοτε Αεακίδα Romanos vincere posse. Ambiguum, adiectione termini, vel mutatione orationis aperiendum. Aequiuocum si institutione æquiuocum est, ad grammaticos consurgendum. Dicimus autem æquiuocum, quod nec accētus,

nec aspiratione, nec genere, nec orthographia, nec numero distinguipotest. Sin modis quibusdam ad multiplices variasq; res terminus applicari potest: aut ex se solo, aut ex adiuncto potius huiusmodi vi habere dicitur. Primi distinctio, nō vnius doctrinæ. multa enim aliter physicus, aliter primus philosophus, aliter dialecticus, aliter orator exponit. Quā obrem insanire mihi videntur nonnulli, qui ad cōrudes atque indocti sunt, ut audeant asserere dialecticum, equiuocationem effugere non posse, nisi singulorum verborum vim ac potestatem optime nouerit, quæ à grammaticis traditur: quam si apprimè tenuerit, equiuocis ipsum implicari nō posse. Raro etenim & penè nunquā, multiplici significatione verbi Dialecticus aut decipit, aut decipitur.

Modi ergo quidam sunt, qui et iam eos ipsos qui ratiocinantur, fallunt: atque eos distinguere, vnius non esse disciplinæ, Aristoteles ostendit, qui multa in physicis, ut naturalis: multa in prima philosophia, ut metaphysicus: multa in ethicis, ut moralis: nonnulla in dialecticis, ut logicus distinxit. Verūm ut quale sit, quod diximus pateat, exēplis utamur.

In finitū dicimus, cuius terminū inuenire non possumus. Vnū ergo significat, sed tamē, alio quodā modo cōtinuū alio discretū infinitū dicimus. Et hoc quidē, appositione: illud, diuisione infinitum asserit *libro tertio topicorum*  
 Aristoteles: tempus autē, utroque modo. quāuis, si quis continuū non diuisionis termino, sed magnitudinis, infinitū fingit: nō diuisione solūm, verum etiam appositione infinitum dici posset. Item vnū in physicis quidem Aristoteles continuo dicit, ut linea vna indiuisibili, ut punctus vnus: ratione, ut vnum, vappa. In quinto prima philosophiæ secundum se & secundum accidens vnum distinguit: eiusque quod vnum secundum se est, multos subiicit modos: at dialectici numero, specie, genere (ut Cicero, homo, animal) vnum dici perspexerunt. Ita cum vnum sit quodā ceteris seiunctum sit, ipsum secundum vnum quod indiuisibile est, hac vna eademq; significatione semper dicitur, modus variatur. Alterum modum multiplicis diximus, cum non ex se, sed ex adiuncto, terminis ad eō varijs, atque multiplicibus modis sumitur, ut non eandem potestatem, sed aliā atque aliā habere videatur. ut

homo cum dico, quid significet, vides: pro quo accipiat, ignoras. Si disputat, aut si species est, ad iuraxero, aliter atq; aliter accepisti. Has, suppositiones iuniores appellant: quas si quis penitus tenere cupiat, dialecticos, qui ea de re multa & protensa volumina conscripserunt, diligenter euoluat. Nobis solum ad nouisse, terminorum acceptiones ex adiuncto mutari sufficiat, nam eius rei diligentior doctrina, & longior est, & ad usum oratorum affert penè nihil. *Viderint etiam, ne complura eiusmodi non ad usum, sed ab usum iniecta sint.* Quod si quis putauerit in statu legitimo per ambiguum, amphibologiam huiusmodi posse incidere, cum id usu cernerit, dialecticos consulat: nos quonia raro, ac penè nunquam accidere putamus, tam longam atque obscuram doctrinam prætermisimus. Et hæc quæ diximus, eò tendunt, ne tu etiam (sicuti omnium rerum ignari ad dialecticas amphibologias & æquiuocationes, grammaticum putes multa posse conferre. Nunc quonia de vocis significatione diximus, pauca de partitione totius etiã generis differamus. Nam cæterorum vel ex ijs quæ dicta iam sunt, vel

*Dialecticæ  
confiores*

ex ijs quæ dicentur, apertissimè ratio constabit.

Totum igitur quatuor modis dicitur, Specie, Cō-<sup>specie seu</sup>  
 tinuo, Vniuersali, Virtute ac potestate. Totum <sup>forma.</sup>  
 specie cum partimur, in substantiales partes parti-  
 mur. Substantiales partes, sunt ex quibus vniuscui-  
 usque substantia primò constat, vt materia & for-  
 ma. hoc modo dicimus hominem anima et corpore  
 constare. Totum continuum in partes semper inte-  
 grates scindimus. Integritates partes dicimus quæ  
 totum ita componunt, vt non ad formam, sed ad  
 materiam eius reduci videantur. Harum, aliæ si-  
 miles, aliæ dissimiles. Similes dicuntur, quæ sunt e-  
 iusdè rationis, vt caro, ossa, nerui, cæteraque qui-  
 bus animalium corpora componuntur; Dissimiles,  
 quæ non sunt eiusdè rationis, vt homo, in caput, tho-  
 racem, manus & pedes partitur. In partitione  
 huiusmodi, præter ea, quæ de omni diuisione com-  
 muniter diximus, danda est opera, ne partes partium  
 commisceamus. nam qui hominem in pedes, thora-  
 cem, caput, brachia, manus, et digitos partitur: aut  
 cum dixit caput, oculos, aures, cæterasque eiusmo-  
 di addit particulas, omnia confundit. Totum vni-

uersale in diuidua discernitur. Postremum est to-  
 tum potestate. id in virtutes ac potestates scinditur:  
 ut anima, in vegetantem, sensibilem, rationalem.  
 non enim generis in species vel differentias, hæc di-  
 stributio est. Impermixta namque sunt species sem-  
 per, & differentia nec cum partibus suis, cōtinuū  
 illo modo prædicari potest: nec de se rei vniuersalis  
 indiuidua, vel quoniam potestates ipsæ, genera nō  
 indiuidua, vel quoniam in indiuidua equaliter vni-  
 uersale descendit. Verū de totius dissepatione  
 satis dictum est. Generis autem in proximas spe-  
 cies fiat diuisio. Nam qui dicit. Substantiæ aliud  
 animatum, aliud inanimatum: cum non in proxi-  
 mas differentias partitus sit, non recte diuidit. nam  
 & si tam animatum quam inanimatum substan-  
 tia est, non tamen in hæc primò, sed in corpus & in  
 incorpoream substantiam scinditur: deinde corpus in  
 illa: et corpus animatum per sensibile ac insensibile,  
 eoque modo vsque ad specialissimas species. Primū  
 igitur diligenter aduertamus, ut in primas species,  
 vel differentias diuisio fiat: deinde, ut species potius  
 quam differentias accipiamus. in species enim pro

priè genus, non in differentias scinditur. Verùm,  
quoniã rerum species plerunq̃ nomine carent,  
maximèque illæ quæ rursus tanquam genera dis-  
iungi possunt, quas subalternas nuncupamus: diffe-  
rentias, specierum loco ponimus. Nam cū differen-  
tia sit, qua aliud ab alio distare asserimus, omnis  
differentia ad diuisionē quamuis nõ omnē idonea  
est. Differentia igitur triplex est: Quæ actu à  
subiecto separari potest, vt sedere, stare, candidum  
esse, nigrum esse: Quæ actu quidē nõ separatur,  
sed sola ratione, ac mente disiungi posse percipitur,  
quomodo albū cygnū, à nigro coruo differre vides:  
Et quæ nullo pacto non modò non actu, sed ne mēte  
quidem tolli potest. Nam, si tollitur, id quoque peri-  
mitur, quod eã re ab alijs differt, vt rationalis, à cæ-  
teris homo differt: Et si rationem ab eo tollas, ne ho-  
mo quidē erit, quam differentiam solam, in diuisi-  
one generis adhibere debemus: nam reliquæ, diuisi-  
oni quæ per accidens fit, accommodantur. Ipsas ergo  
substantiales, quas et specificas appellari diximus,  
sub genere ponemus proximo, semperque oppositas  
(vt iam dictum est) inueniemus. Per præpositio-

nem negationis, cum vni tantum differentie, nomen sit inditum: ut numerorū alij primi, sicut tres septem: alij non primi, ut, nouem. Per contraria, ut colorum, alij nigri, alij albi, alij neutri. Per habitū & priuationem, ut animalium, alia rationalia, alia irrationalia. Reliqua quæ relationis est oppositio, in diuisione generis locum non habet. Ad hæc, ordinem quendam retinere debet diuisio, ut negatio semper postrema ponatur, affirmatio & habitus præcedat. nã & docemur facilius, & naturâ prior affirmatio & habitus est, posterior negatio atq; priuatio. Diuisione generis vsque ad species ultimas rectè àiuducta, facile erit omnem speciem quæ primo generi subiecta sic substantiali definitione cõplecti. Constat enim de finitio, genere atque differentijs. Quare nec generalissima, hac definitione, nec indiuidua definiiri possunt. nec enim vltimum ultra vltimum est: nec indiuidua, substantiali differentia differre possunt. Cum igitur rem aliquã definire volumus, facta diuisione superioris generis vsque ad extremas species, genus eius rei proximū primò, deinde eius generis diuidentem differentia;

generi adiungimus, quæ si rei non ex æquatur, ita  
 ut conuertantur, tertiam adiciemus, vel etiã quar-  
 tam, quoadusque definitio, nec plus, nec minus, sed  
 rem ipsam perfectè, absolutèque cõplectatur, adeò  
 ut cum ea conuertatur. ut cum volo definire homi-  
 nem, primò animal, quod homini proximũ genus  
 est, deinde rationale assumo, dicòque hominẽ esse  
 rationale animal. qua oratione substãtia hominis  
 explicata est: nisi quis putet (ut Platonici) caelestia  
 quoque corpora, que perpetua ac immortalia sunt,  
 rationalia esse animalia. Tunc enim ex sectiõne ra-  
 tionalis animalis, mortali atque immortali, morta-  
 litas definitioni hominis est applicanda. ut homo sit  
 animal rationale atque mortale, quòd si quis (ut an-  
 tiquitas credebat) Nymphas esse quasdam longæ-  
 uas, mortales quidẽ, sed hoc hominibus diuiniore,  
 quòd ex se ratiocinando discant: cum homines si ni-  
 hil penitus audiant, nihil discant, si quis inquam, id  
 verum esse putabit, facta huus innominati gene-  
 ris distributione, quòd hoc ex se quidem ratiocinã-  
 do sciat, illud verò non ex se ratiocinando primò,  
 sed quòd audiendo, re atque actu didicerit, sciat: de

creemus hominem esse animal rationale, mortale  
 disciplina capax. Ac ita demum quicquid homo erit  
 huiusmodi erit animal: & quicquid huiusmodi ani-  
 mal, homo erit. nec plus, nec minus positum erit in  
 definitione. Quod cum accidit, vertere retro pote-  
 ris. Diminuta enim definitio, verbis maiorē: abū-  
 dans, minorem rerum cumulum facit. Item, cum  
 quid sit verbum adinuenire studeā, genus primò  
 (vocem scilicet) assumā: & cum omnem vocē vi-  
 deam in duo scindi, in eam quæ aliquid, ac in eam  
 quæ nihil significat: vocem significantem dico esse  
 verbum, sed non sufficit. nam significantium vo-  
 cum, quæ naturā significant, verba non sunt. addo  
 igitur, Institutione significans: ut à nomine sepa-  
 rem, Cum tēpore: ut ab oratione verbum segregē,  
 Cuius nulla pars significat separata, video esse ad-  
 iudicandum. Ita definitio verbi, rei exæquata, est  
 vox institutione significans cum tēpore, cuius nul-  
 la pars significat separata. Verum quæ admodum  
 ex diuisione colligitur definitio, sic ex definitione  
 rursum haberi diuisio potest. veluti ex hac ipsa ver-  
 bi definitione, vocem diuidemus significantem in

naturâ significantem, ut gemitus: et institutione,  
 & hanc cum tempore, vel sine. & utranque, in eâ  
 cuius partes separatæ aliquid significant, ut oratio  
 & in eam, cuius pars nihil significat separata, ut  
 nomen, si absque tempore: si cum tempore, verbum:  
 nam cum ex vna parte differentiæ in definitionem  
 inductæ sunt, facile est eodem ordine oppositas ex  
 altera parte collocare. Ex hisce omnibus, illud  
 perspicuum est, res multò pauciores esse quàm ter-  
 minos, nam si termini rebus æquarentur, tam  
 definitio, quàm diuisio duobus tantum terminis in  
 complexis fieret, ut si huic generi quod est animal  
 rationale mortale (nihil enim prohibet ita exẽplo  
 uti, tãquam si longæua Nympha nullâ existerent  
 disciplinâ scientes) si huic inquam rei quæ genere  
 vna esset, incomplexus terminus esset impositus,  
 similiterque huic differentiæ, quæ est, Disciplina  
 capax: definitio quæ longior facta est terminorũ  
 inopiã, duobus tantum confecta esset, eodẽ modo, si  
 ei generi vocabulũ esset, quod orationicũ *Voce* ex  
 institutione significanti cũ tempore, vel sine tempore,  
 cõmune est: et huic differentiæ similiter, quæ est,

Cuius nulla pars separata significat: definitio nominis vel verbi duobus terminis constaret, hoc ipsum & in diuisione cōspicere licet: ut cūm dicimus, Rerum omnium quædam sunt bona, quædam sunt mala, quædam indifferentia (quæ Græci dicunt ἀδιάφορα) tripartita facta diuisio est, quoniã eius quod est indifferens, proprio vocabulo caremus. nã si quis ita distribueret, Rerum omnium, alia differentia, alia indifferentia: differentium, alia bona, alia mala: in duos quidem terminos secaret: verūm tam auditores, quā seipsum ignorantia confunderet. cūm differens (nisi aliud quid antè concesserit) differentie omnis & equalitatis aut similitudinis cuiusque significantiam habeat. Quare oportet diuidendo, ne confusio fiat, quæ distinctioni opposita est, certa præponere, ut incertiora quasi circūscripta determinantur. Verūm de substantiali definitione hætenus: nunc de cæteris breuius perstringamus. Descriptio, accidentales differentias quæ separari non possunt, continet. Et, si totam rem absolutè huiusmodi vna ostendit differentia, eã solam ponemus, ut Homo est quod ridere potest: quid si id

non accidit, cæteras apponemus quousque vertere descriptionem cum re possimus. Vt, Animal, est quod propria vi potest in oppositos locos moueri. Enumeratione partium aliquid de finimus, cum integrantes omnes atque principales assumimus partes, Vt, quod volumus, ostendamus hoc modo, Domus est quæ fundamentis, & parietibus constat. Quod si parum partes afferre videntur, vel formã, vel finem apponemus. Nam & theatra colônis ex aliqua parte sustentata, recta, domus non sunt. Quare si vndique parietibus & rectis coniuncta atque conclusa dicas: formã: si ad habitationem constitutam, fine: si vtrunque, vtroque rem significantius expresseris. Hæc à descriptione differt. nam & si quasi partes in illa etiam connumerantur nonnunquam, hinc tamen semper singulæ definiendo minora sunt quæ in descriptione vel maiora, vel equalia, nunquam minora inueniri possunt. Per diuisionem definiemus, cum aliquod genus quid sit, per subiectas ei partes õnes proximas, atque disiunctas explicamus. Vt animal, est quod sensu tantum, vel sensu simul & ratione vitur.

Hæc definiendi ratio, generalissimis generibus ac commodatissima est. Nec enī facilius aut perspicacius ea, quid sint, enotare possumus: quā si species, vel differentias eius primò subiectas omnes, vel specierum definitiones disiungendo proferamus. Ut, substantia, est quæ vel sensu, vel mente per se esse comprehenditur. Et quantitas, est cū cuiusquā partes, vel communi termino cōiunguntur, vel distinctæ aceruū ex unitatibus constituunt. hoc modo id quod est, describimus, cū dicimus, Ens, est quod vel per se consistit, vel alteri inheret. Quod si quis non proxima, sed longiora enumerat, quæ tamen cuncta propter multitudinem comprehendendō possunt: non per diuisionem explicabit, sed ea ratione vietur, quam nonnulli definitionem non rectè, Græci τῶν οὐ appellat. Ut, substantia, est (verbi gratia) homo, equus, bos, arbor. Sed de diuisione ac definitione satis multa: nunc de obligatione nonnulla afferamus.

## DE OBLIGATIONE.



Obligationē iuniores appellant, cū  
 nec necessaria, nec impossibili re pro  
 posita, de ea sic disputāt, ut positio  
 nē custodiant: quā & ob ruditatē  
 insitiāmque, sordescere iā fecerūt,  
 & ad nihil aptam. Thesis ergo quedam (quā nos  
 in finitionem in Rhetoricis nominamus) obligatio  
 est: quā qui defendit, idcirco dicitur obligatus, quōd  
 non licet ei quicquam asserere, quod cōtra id quod  
 posuit, esse videatur. Quam ad rem praecepta etiā  
 quedam asserunt rhetores, meā sententiā vtilissi  
 ma. Nam quicquid negligunt, aut eisdem obtortē, et  
 ne quicquam utuntur, eos video tanquam pueros,  
 aut omnino rudes modò hoc, modò illud incōstāter,  
 ne stultè dicam affirmare. Quod ne tibi vel in ser  
 mone, vel in scribendo accidat, primò diligenter ca  
 ue, ne quod ex re quam iam proposuisti, sequitur,  
 vel ex ea simul cum vno pluribúsue iam datis, igno  
 ranter neges. Ut, si hominem dixeris, non negabis  
 animal: aut, si hominem eloquentem, non negabis  
 prudentem: & si hęc probum quoque virum esse  
 non repugnabis. Contra verò, si quid positioni re

pugnat, aut vni, pluribusue in disceptando concessis, vel quouis modo in sermone datis, semper negandum est. Aliter enim nos ipsi causam nostram euerteremus, & ex aduersarij causa, non ex nostra diceremus. Ita eloquentem quem dixeris, ineptum negabis. Nam verò & eloquentem & imprudentem asserere, stultitia est. Ad hac danda est opera, ne quid afferas, ex quo alicuius rei, quam iam protulisti oppositum eueniat. Vt si quem insolentem appellaueris, eundem postea coli ab omnibus affirmes. Sequitur enim insolentiam, arrogantia: & hanc, odium: quare, & insolentiam: præterea, si quid ex ijs quæ iam concessa sunt, & opposito eius quod abnuis, vno, pluribusue conficitur: id verò si cum asseueratione, magis affirmandum est. Vt si, quoniam omnes homines naturam eloquentes credis, artificio te negas eloquentem: illud constanter proferendum est nulla te obseruatione ad eloquentiam iuuari. Semper igitur quicquid sequitur ex ijs quæ aut sponte, aut interrogati dedimus, aut etiam coacti concessimus, aut oppositis eorum quæ repugnant, vel sponte concedendum, vel si perimendum ducimus, sponte ne-

gabimus: interrogati nō cedemus, nisi res planè sit  
 necessaria, vel impossibilia sint, ex vicōsecutionis,  
 vel repugnantia respondendū. Deinde verò, si eius-  
 modi sunt, quæ iuniores impertinentia dicunt, ex qua  
 litate rerum ipsarum quæ proponuntur, responden-  
 dum: ac ut per se quod necessarium est nunquā ne-  
 gandum: sic imposibile, per se nunquā cōcedendū.  
 Quas ob res ingenio antè totam rem & quidem  
 acriter perspicere debemus, & singula eorum quæ  
 dicimus ita considerāda, ne quicquid ex quacunq;  
 re cōsequatur, lateat. Verū quoniā oratoris ma-  
 teria plerunq; verisimilis, rarò necessaria est: ac ve-  
 risimilia, in utranque partē nō nunquā trahuntur,  
 aut habēt ex altera quoq; parte aliquid verisimile,  
 ut ipsa quæ verisimilia sunt, quādoq; opponi videā-  
 tur (ut multi pecuniæ quàm officij cupidiores sunt.  
 cui opponitur et verisimiliter dicitur, Quis est, qui  
 nō officij quàm pecuniæ cupidior sit?) quoniā ergo  
 ita se res habēt: diligenter animaduertendū est, ne  
 ut ignorantēs, modò hoc, modò illud, in eadem disce-  
 pratione dicere videamur. Quod cū omnium  
 difficillimum in dicendo sit, fit facilius, si finē quò

peruenturi sumus, mente complectamur, & quicquid dicimus, eò dirigamus. Verùm ne quis putet hæc præcepta, que breuiter exposuimus, non tantoperè vtilia esse: nõ grauabor, vel ad doctrinã tuã, vel ad Rhetoricorũ commendationẽ, exemplorũ loco ea dicere, que multi suo & multitudinis iudicio docti, constanter asserũt. Quos (si videbitur) alijs voluminibus nominatim redarguemus: vt eorum memoria, non vt ipsi putant cum scientiæ laude, sed cum ignorantie culpa, & quidẽ quousque lingua Latina (addam & Græca) extiterit, posteris tradatur. Solent ergo multi Rhetoricæ artis ignari, nobis detrahere: cum eloquẽtiæ princeps Marcus Tullius multa volumina ea de re nobis reliquerit, quo neminem unquã melius Rhetoricam docuisse asserũt. Deinde sui obliti, cum longius in sermonem processerint, Marcum Tullium aiunt aliter atque aliter eadem de re scripsisse, ac in diuersis voluminibus diuersas opiniones tenuisse. ex quo rudes & agrestes homines, confici non vident, confudisse ipsam Rhetoricam, non docuisse. Nõ dico hæc, quẽd mihi etiã Marcus Tullius confudisse omnia videatur, sed

quòd ex verbis consequatur. Idcirco magis mihi scribendum fuisse videtur, quod Cicero tot opiniones (ut ipsi dicunt) secutus sit, quot libros edidit. Quid quòd Agaso scripsit? Turpe est (inquit) Latinis à Græco homine: deinde cùm multa velit ostēdere à maioribus nostris relicta de facultate dicendi volumina, Aristotelem, Hermogenem, Demosthenem, ac Isocraticam scholam in medium adducit. qui omnes quoniam Græci fuerunt, non dubito quin vi leas irretitū verbis suis teneri aduersariū. Hæc adycere placuit non ut ignorantiam alicuius detegerem (neminem enim nominaui) sed ut intelligas præcepta hæc obligationis, semper in omni sermone, ac disceptatione, ac multo magis in scribendo, conseruanda. Nunquam enim dicere cùm asseueratione poteris (quod Cicero admonet) nisi quæ dicta sunt, faciliora tibi exercitatione feceris. Nam qui hæc negligunt, eos video alioqui doctos, ea ignorantia suâ scripta connectere, ut non pudore affici non soleam, quando cum huiusmodi hominibus sermo habetur. Quos si quis reuocare ab erratis vellet, non sui vel doctrinæ ipsius gratiæ, sed intolerabili

quadam arrogantia id eum facere putarent. Quae  
 reputescant hi quidem sua inscitia, quando doctis  
 omnibus atque peritis dedecori sunt, cum inter eos  
 numerantur. Tu verò da operam, ut non haec solum,  
 verum ut multò maiora & plura consequaris, ut  
 ratione dicendi rectè habita & maiorum scientia  
 rerum non abiecta, verè doctus & sis et videaris.  
 Verum disiunctivæ partium repugnantium, &  
 copulativæ, affirmativæ, & negativæ formæ quæ  
 subiunguntur, necessariae sunt.

## FORMAE DISIUN- CTIVAE.

- |   |  |    |  |
|---|--|----|--|
| I |  | 4  | b autem non est,<br>igitur est a.                            |
| 1 | Aut a est, aut b est.<br>atqui a est,<br>non igitur b est. | II |  |
| 2 | b autem est,<br>non igitur a.                              | 5  | A nō est, aut b nō est,<br>atqui a non est,<br>est igitur b. |
| 3 | Atqui a non est,<br>b igitur est.                          | 6  | atqui b non est,<br>est igitur a.                            |

- |      |  |                                  |  |
|------|--|----------------------------------|--|
| 7    | a autem est,<br>b igitur non est.                            | 16                               | b autem non est,<br>est igitur a.            |
| 8    | b autem est,<br>non igitur est a.                            | FORMAE AFFIRMATIVAE COPULATIVAE. |  |
| III  |  |                                  |  |
| 9    | A est, aut b non est,<br>atqui a est,<br>igitur & b.         | I                                |  |
| 10   | b autem non est,<br>neque igitur a.                          | 1                                | Et a est, & b est,<br>igitur a est.          |
| 11   | Atqui a non est,<br>igitur neque b est.                      | 2                                | igitur b est.                                |
| 12   | b autem est,<br>igitur & a est.                              | II                               |  |
| IIII |  | 3                                | Neq; a est, neq; b est,<br>a igitur non est. |
| 13   | A non est, aut b est,<br>a autem non est,<br>igitur neque b. | 4                                | b igitur non est.                            |
| 14   | b autem est,<br>igitur & a.                                  | III                              |  |
| 15   | atqui a est,<br>non est igitur b.                            | 5                                | A est, & b non est,<br>a igitur est.         |
|      |  | 6                                | b igitur non est.                            |
|      |  | IIII                             |  |
|      |  | 7                                | A non est, & b est,<br>a igitur non est.     |
|      |  | 8                                | b igitur est.                                |

FORMÆ COPV a igitur est.

latinae negativæ.

III

I

5 Nō a est, et b nō est,

1 Non a est, & b est,

atqui est a,

atqui est a,

b igitur est.

non est igitur b.

6 sed non est b,

2 Atqui est b,

neque igitur a.

non igitur a.

IIII

II

7 Nō a nō est & est b,

3 Nō a nō est, et b nō est,

sed a non est,

sed a non est,

igitur neque b est.

est igitur b.

8 atqui est b,

4 Sed b non est,

igitur & a.

PRO DISIUNCTIVA ET COPV

latina negativis regulæ quatuor,

1 Si ponis antecedens, tollis adiunctum.

2 Si ponis adiunctum, tollis antecedens.

3 Si tollis quod antecedit, ponis adiunctum.

4 Si tollis adiunctum, ponis quod antecedit.

PRO COPVLATIVA AFF-

firmativa regula vna.

Copulativa, affirmativa, & antecedens, & ad  
iunctam ponit.

BLEMMIDAE DE  
QUINQUE VOCIBVS CVRQVE  
SINT QVINQVE TANTVM, NEQVE  
PLVRES AVT PAVCIORES



OX aut articulata est, aut  
inarticulata. Et de inarticu-  
lata quidem voce, quia lite-  
rata non est, ratio nulla.  
Articulata vero, & litera-  
ta, aut significatiua est, aut

*no potest  
scribi lite-  
ris & ideo  
non per-  
tinet ad  
doctrinam*

no significatiua. Non significatiua igitur ea qui-  
dem est, quae nullam rem manifestat: no significati-  
ua huiusmodi dixerunt quidam esse sicut βλίτου  
& οκίδου & quae vox et no predicabilis dicitur,  
ut de nulla re predicata, hoc est dicta. Significati-  
ua autem & categorica vox est, quae rem significat,  
ut animal, homo, lapis: quae dicitur et simpliciter ca-  
tegorica, ut de re quapiam quomodolibet enuntiata  
et asserta. Ipsa igitur simpliciter categorica dicta  
vox, aut particularis est, aut vniuersalis. Et parti-  
cularis quidem est individuus accepta: de quibus

non tractant philosophi, eo quod infinita existant.  
 Simpliciter autem categorica vniuersaliter vox,  
 aut essentialiter prædicatur de quibus prædicatur,  
 aut essentialiter inhaerenter. Et si quidem essentialiter  
 prædicatur, aut multis naturis congruit, aut vni. Et

<sup>4</sup> *comuni bus* si multis naturis congruit, vel in quod quid est præ  
<sup>7</sup> *seu unice* dicatur, & facit Genus: vel in eo quod quale, & fa  
<sup>7</sup> *salibus* *comuni* cit Differentiam. Si autem vni naturæ congruit,  
<sup>7</sup> *quod si ha* *comuni* vel in quod quid est prædicatur, & facit Speciem:  
<sup>7</sup> *genericam* *quod uidetur de citu differentia*  
<sup>7</sup> *seu multo* vel in eo quod quale, & facit proprium essentiali. *inf*  
<sup>7</sup> *nam* *ona*

Et ita quidem quæ essentialiter prædicatur, vniuer  
 salis vox se habet. Quæ verò inhaerenter, aut vni  
 naturæ competit & ipsa, aut multis. Et si vni qui  
 dem naturæ competit, constituit proprium essentiali  
 in existens. Patet verò quòd & in quale quid est  
 prædicatur: in ijs quippe, quæ essentiali adheret, nul  
 lum locum habet quod quid est. Quod si multis  
 naturis competit, Accidens gignit. Et si quidem  
 in quale quid sit prædicatur, inseparabile accidens fa  
 cit: si autem in quo modo se habeat, separabile. Colli  
 gantur igitur hinc vniuersales voces Categoricæ,  
 simpliciter, vel significatiue, quinque, Genus, Dif-

ferentia, Species, Propriū, Accidens. De his apud Philosophos sermo. Genus igitur præponitur quidē Differentiæ, quoniam differentiarum contentiuū est: Animal enim genus existens, complectitur in se rationale & irrationale. Differentia autē specie prior est, quia vniuersalior specie est: Etenim Rationale vniuersalius est homine: dicitur enim non de homine solu, sed & de Angelo. At species proprium præcedit, quoniā species sola substantialis est, proprium verò & inherens: Essentialia autem inherentibus digniora. Hæc enim præsentia quidē speciem seruant, absentia corrumpunt eandē: Adherentia vero substantiæ, neq; dum adsunt, seruāt: neque dum absunt, corrumpunt. Alioqui autem et speciem oportet priorem esse, ac sic propriū habere alijs speciebus imparticipabile. At propriū accidētī præstat: accidēs quippe solum inheret substantiæ, proprium verò & substantiale est, & inherēs. Ipsum quoque inherens proprium dignius accidente est: siquidem animalis est quædā vis, intra considerata, & speciem figurans: soli enim adest speciei, & omni, & semper: vnde & conuertitur: siquidem

homo est, risibile est. et si risibile, homo. Accidēs ve-  
 rō extra est. circa corpus, ad ipsā potius superficiē:  
 ac neq; soli speciei inest, ut ipsam ab alijs separaret spe-  
 ciebus. Et tenim albus cygnus est: neque verō cōtra-  
 ritur, quoniam non siquid album, hoc & cygnus:  
 multa enim præter cygnum volueria animantia,  
 albarouimus, præsertimq; in littoribus: Sed & nix,  
 & calx, atque alia pleraque alba existentia, cygni  
 non sunt. Secundum hanc igitur rationem merito  
 & proprium inherens essentialiter, prælatum est  
 accidenti: Accidens verō postremum gradum sor-  
 titum est. Igitur Genus quidem, & differentia, et  
 species, essentialia semper sunt: Accidens autem in-  
 herēs semper: at proprium ad utrunque refertur:  
 Et plurimum quidem ad essentialē est: inuenitur  
 verō alicubi & essentialē, sicut in homine, intelle-  
 ctus & scientiæ capax, propriē soli homini inest:  
 solus enim homo accipit extrinsecus intellectum,  
 qui ex disciplina est, solusque scientias docetur. Di-  
 citur autem essentialē & tale proprium: quoniam  
 & præsens seruat speciem (homo enim hoc totum  
 est, animal rationale, mortale intellectus et scien-

ria capax) & abiens corrumpit: nisi enim adsit, intellectus & scientia capax, non erit homo. Quia ergo, intellectus & scientia capax, & quò adest speciem seruat, & destruit cum abest: dicitur autem & in vna solum humana specie, & in quale quid sit, prædicatur, propterea eßentiale proprium dictum est. Risibile verò, proprium hominis ad eßentiale est: præsens quippe non seruat, etenim risiuo non indigemus ad naturæ nostræ completio- nem: Intellectus verò & scientia susceptiuo indigemus, propter cognitionem, quæ ab extra fit, & scientias, sicut dictum est. Recedens quoque huius- modi ad eßentiale proprium, non destruit: potest enim & risiuum non habēs, homo nihilominus esse homo: non habens verò intellectus & scientia sus- ceptiuum, non potest esse homo, neque cognitionē nec scientiam capere valet. Assumuntur autem & propria in definitionibus, specierum figuratiua existētia. Et vbi quidem eßentiale proprium est, ad eßentiale præfertur: designare enim magis po- test: & in definitionē hoc capitur, sicut in homine:

dicimus enim, Homo est animal rationale, mortale, intellectus & scientiæ capax: & non dicimus, risibile. Vbi autem essentialia propria non inueniuntur, inessentialia inducuntur, sicut in equo, dicimus enim, equus est animal irrationale, quadrupes, hinnitium: & est hinnitiū proprium ad substantialem equi. In alijs igitur animalibus ad essentialia solum proprium est: Homo verò, quoniam et irrationali participat natura & vita, & rationalem animam præcipuam habet præ cæteris animalibus, propterea duplex nanciscitur proprium: risuum quidem, ut irrationalibus communicans: intellectus autem & scientiæ susceptiuum, ut intelligibilis, rationalisq;: atque angelis aliquo modo coniunctus, & angelus existens cum corpore.

FINIS.



# Iacobi à Contrei

R A S E B O R E N S I S

*Annotationes quædam perbreues in  
dialecticam Georgij Trapezontij,  
quibus difficilia quæque cla  
rè & compendiosè  
explicantur.*

Argumentum in vniuersum librum.



**G**EORGIVS Trapezontius na-  
tione Græcus, cum è Trapezonte  
ciuitate Cappadociæ Romã venis-  
set, hic multis annis docuit Rhetori-  
cam, & Philosophiam Aristotelis, cuius fuit stu-  
diosissimus. Ex quo in huius Logicen hunc libellũ  
de Dialectica tanquam epitomen & isagogen cõ-  
posuit Petro Medici Florëtino, cum hæc, ceteraq;  
artes grassante barbarie à rabulis Sophistis iniu-  
stè occuparentur, pessimèque tractarentur. Eum

autē, ne inusitato præposteròque ordine artis præcepta tradere videretur, à terminis & propositione, & non à prædicabilibus vel prædicamentis auspicatur sequutus Dialecticos sui temporis, qui ante omnia de illis rebus summulas quasdam dictitabant, quas parua logicalia nominabant.

*In primum tractatum.*

**D**ialectica. Sūpsit hoc totū ex Cicerone initio Topicorum, ac orationē, qua hic Logicē seu Dialecticē ibi circūloquutus est, pro eiusdē descriptione assignat. Finit igitur Dialecticā diligētē disserendi rationē, hoc est, modū aptē pròptēque disputandi de re dubia, quoniam eam cōsiderat, ut facultatem, & non ut artem scientiāue sermocinalem, quibus quoque nominibus vocari potest.

**D**isserere. Explicat hīc partem alteram propositionis & finitionis Dialecticæ, eamque rursus in partes diuidit, ac has iterum in alias: nec ab eiusmodi sectione desistit, donec ad ultimū peruentum sit. Nā cum, disserere, sit finis dialecticæ, primū hunc resoluit in duas eius partes, unam inueniendi, alterā iudicandi, deinde harum alteram nempe quæ docet

formas quibus expenditur argumentum, propositumque concluditur, confert in syllogismū. Postea verò hunc ipsum deducit in propositiones, & has postremò in voces simplices, ac ita veluti per quosdam gradus reperit initium cōmentationis instituta, cuius gratia statim principio Dialecticā definiuit. Vnde ab his opposito ordine ad finem regreditur, si non postremum (qui est cognitio veritatis parva per demonstrationem) saltem ad syllogismum simpliciter, formamque argumentationis, cuius præter illum alie tres traduntur species Enthymema (de quo etiam differit in hoc libro) inductio, & exemplū, quæ videtur omisiisse ut Orationibus magis apta, & accommodata.

Quam orationem. Meminit solius syllogismi ut potioris, & generalioris: sunt tamen tres alie formæ argumentandi, quibus etiam Dialecticus uti potest. Ceterum hæc ad illum ut ad caput, & veluti quædam mensurā reduci solent ac valēt.

Si simplex. Hoc dixit quia est alia composita, cuius partes proximæ nō sunt termini: sed perfectæ orationes.

Syllogismorum elementa. Nomen elementum, & si ab Aristotele libro quinto Metaphysices ducitur in varias significaciones: in presentia tamen intelligitur quicquid est pars minima syllogismi. Minima autem accipitur individua secundum speciem. Unde simplices dictiones hinc syllogismorum elementa nominantur, quoniam nequeunt diuidi in alias dictiones quæ quidem significant ratione totius. Literæ nanque & syllabæ non sunt Dialecticæ, sed Grammaticæ considerationis.

Primū dicamus. Si quidē ars omnis imitata naturam inchoat à minimis ac facillimis.

Vocem, id est dictionem, terminū, alioqui anticipem, & principio distinguendam iuxta præceptum Dialectices.

Unde Græci, veluti Aristoteles in Topicis. Fabius etiam vocavit fines libro. 5. cap. de argu.

Vel quoniā, abundat coniunctio, vel, quā si legas, dicito eam sumi pro, saltem, vel maxime. Dicuntur etiam termini propositionis, partes simplicis propositionis, quia hanc complēt ac claudūt, in quo potissimum cernitur ratio termini, qui cuiusq; rei

finis extremumq; nō cupatur.

Philosophi. significat Platonē in Cratilo, tum Aristotelem initio Physicorum, & passim in Metaphysica.

Aristoteles. capite primo libri primi Priorum: aut ut et sic potest tanquam minus aptum

ex quo loco præsens definitio augmentari debet. +  
Complexus est. Hic ordine doctrinae, aut etiā +  
arbitrario præponit terminum complexum. cumq;  
finit, Orationem imperfectam: quoniam perfecta +  
non tam aptè pro subiecto, vel prædicato collocatur. S. in prope finem doctrine non potest tam bene sumi in materiale.

Incomplexus autem. Hic simul finit, & di-  
uidit terminum incomplexum. Eum autem dicit  
simplicem, non quòd non habeat partes, sitq; indi-  
uisibilis: sed quia non constituitur ex pluribus di-  
etionibus significatiuis, ut docet, equiferus, cuius  
partes, teste Aristotele, nihil per se significant: quā-  
uis videntur velle & posse significare.

Aut nomen est. Ad nomen referuntur pronomi-  
na, participia, & nonnulla aduerbia, veluti, ubi  
& quando: quia hæc omnia cum eo habent quandā  
cognitionem: efficiuntq; propositionem in etā ver-  
bo, est, fuit, vel erit.

6 IACOB. A CONTREIRAS.

Appellat Aristoteles capite secundo, & ter-  
tio libri de Interpretatione, cum scilicet idea ver-  
bi contemplatur, nam alibi reliqua etiam tempora  
comprehendit.

Aliqua pars. Id est, aliqua partes. Verba enim  
in definitionibus posita (ut vulgo dicitur) à nume-  
ro absoluntur: aliàs, nullus homo, pro rostris, & si  
milia forent orationes: quod negat Aristoteles.

Orationum, scilicet perfectarum. Neglexit e-  
nim nunc aliam priorem diuisionem, in perfectam  
& imperfectam, veluti superuacaneam.

Ut heus, & cæ. Exempla hæc orationis vocati-  
uæ, & interrogatiuæ habentur apud Vergilium  
paulò ante medium libri primi Aeneidos.

Sic pater. Versus hi, quos ponit pro exëplo oratio-  
nis deprecatiuæ, sumpti sunt ex eodem, ad finem li-  
bri decimi.

Disce puer, &c. Carmina, quæ hîc scribit de  
oratione imperatiua, leguntur in medio 12. libri  
Aeneidos: sunt q; verba Aeneæ adhortantis filiũ  
Ascaniũ ad virtutẽ & suo, & Hectoris exëplo.  
Stat sua, &c. Exempla, quæ hîc subiicit de oratio

partes constat  
ex hoc unice  
dicente term  
inum complexu  
constata ex  
multis simpli  
cibus termi  
nis ex pro  
inde diuion  
bus signific  
tibus.

ne enuntiatiua, referuntur ab eodem libro decimo  
Aeneidos paulò post medium.

Huius negotij, scilicet Dialectici, quod docet  
res per vera, vel probabilia: cum poetæ, & orato-  
res magis tentent mouere, & delectare.

Omni igitur oratio, &c. Et si propositio, &  
enuntiatio ab omnibus penè Dialecticis constitui so-  
lent eadem re, & distinctæ ratione, asserentibus  
illam spectari ut partem syllogismi, hanc verò,  
quatenus aliquid de aliquo profert verè, vel falsò.  
Author tamen hic contrarium opinatur, spectans  
(ni fallor) propositionè, ut futuram materiam syl-  
logismi, quo Dialecticus in disputando vsurus es-  
set. Eum etiam in hoc sequutus est Valla initio li-  
bri tertij suæ Dialectices, his addens, enuntiationè  
genus esse ad propositionem, assumptionem, & cõ-  
clusionem. Quod (credo) sumpsit ex Aristotele  
capite secundo libri primi Posteriorum dicente pro-  
positionem esse alteram partem enuntiationis, af-  
firmatiuam nempe, vel negatiuam, ut quidam ex-  
ponunt: aut veram, vel falsam, iuxta aliorum opi-  
nionem. Tu ex me hæc simul iunge, dicq; proposi-

S IACOB. A CONTREIRAS.

tionones simpliciter, hoc est, affirmationes, vel negationes alicuius de aliquo, locum habere in syllogismo simpliciter: in syllogismo verò probatiuo, ut vocant, easdem etiam veras, vel falsas oportere considerari. Ceterum propositiones in cōmuni scito potius attendi, prout significant rem esse, vel non esse, quàm quatenus continent veritatem, vel falsitatem: contrà autem enuntiationes. dicant quod volent prædicti authores.

Prædicatoq; Ab hoc autem, ut digniori propositio simplex est dicta prædicatoria.

Nunquam maior. Hac sumpta sunt ex Porphyrio, capite de Specie, & Boetio libro primo de differentijs topicis: debentq; intelligi in propositione vera, affirmatiua, ac naturali: quoniã aliter accidit minus de maiori dici.

Præterea tam subiectũ. Sumptum & hoc est ex Boetio citato loco.

Alicuius ab aliquo. Sic passim locutus est Aristoteles. Et certè præpositio, ab, aliquãdo indicat separationem, remotionem, seu priuationem.

Iuniores signa. Nō videtur aptè exponere præ

dicata nomina: quoniam non ob eandem rationem à iunioribus vocantur signa, & à priscis syncategoremata. Nam ab illis signa dicuntur, quia denotant quantitatem propositionum: ab his verò syncategoremata, quia cōsignificant, hoc est, afferunt quendam modum significandi, & determinationem dictionibus significatiuis, quibus applicatur in oratione. Syncategorema enim Græcè, Latine dicitur consignificatiuum seu comprædicatiuum, illud quidem, quia per se nihil significat: hoc autè, quia per se solum non potest esse extremum propositionis, nisi fortè in neutro genere: aut cum deo effertur aliquid materialiter, ut vocant.

Eadem omnino. Dixit, omnino, non quòd credat subiecta, & prædicata propositionum inter se oppositarum eadem esse secundum numerum: sed ut innueret ea talia nomine & re: debereq; sumi respectu eiusdem, secundum idem, similiter & in eodem tempore. Quòd si offeratur de ente termino communi æquiuoco formari contradictionem, dico unam esse huius rationem, licet non ex æquo suis inferioribus congruentem.

Vniuersali signo. idest, toti subiecto vniuersali  
 ter negato: quandoquidem negatio anteposita, vel  
 postposita aliam reddere solet significationē. Vt  
 la porrò capite vigesimo sexto libri secundi sue  
 Dialectices isthuc arguit, volens signum, omnis,  
 nunquam perdere suam vim vniuersalem. Hanc  
 enim licet aliquando non amittit ob prepositam ne  
 gationem, vt ipse, & alij planum faciunt: sepius ta  
 men perdere solet, vt testantur Dialectici recentio  
 res viri doctissimi: tum res ipsa ostendit aper  
 tissime.

Aequipollentiam. hoc est, æquivalentiam, &  
 (vt sic loquar) identitatem in qualitate, quantita  
 te, tum etiam veritate & falsitate, ob quod sese ne  
 cessario consequuntur, & recipiuntur.

Nunc de natura. Videbitur fortè natura  
 prædictarum propositionum declarata, quoniam  
 earum finitiones sunt tradite: verum non ea, quæ  
 hic intelligit, nempe earum vis proprietatis sue: est e  
 nim nomē natura multiplex, secundū philosophos.  
 Quas contingentes. Nisi hæc suapte natura  
 sint inseparabiles: vel à nobis facta hypothesi tales

esse admittantur. In his semper una est vera, & altera falsa.

Nunc de cōuersione. Agit & hoc loco de cōuersione propositionum, sequutus Dialecticos contemporaneos, & quia earum proprietas est. Aristoteles autem eam alibi exposuit veluti instrumē

tū reducēdi syllogismos imperfectos ad perfectos. si intratur de syllogis sine eandē interpretatur se propositi one  
 Quantitas mutatur, scilicet vniuersalis in particularē. Vnde hæc species conuersionis dicitur per accidens, id est, quasi per aliud, & secundario, & non quidem, quid consecutio ab vniuersali ad suam particularē sit accidentaria, & nequaquā necessaria. Inferiora enim dicuntur accidere suis superioribus.

Quidquam, id est, aliquod: aliās non esset propositio particularis. quisquam, enim signum est particulare omnino diuersum à quisque, quod est vniuersale.

Hoc modo, &c. Si modò videlicet predicatum huiusmodi propositionis vniuersalis affirmatiuæ non sit terminus transcendens, qualis est, ens, res, & similia, quæ infinitari nequeunt.

Et particularis negatiua, si terminus subiectus non sit fictitiuus, qui pro nullo reuera accipitur: & proinde à disciplinis reijcitur.

Delibasse, hoc est, leuiter tetigisse, siue obiter tractasse. Omisit enī suppositiones, àplicationes, restrictiones, appellationes, expositiones, aliaq; id genus penè innumera, quibus suo tempore sic obruebatur misera adolescentia, vt non modò id perderet tempus, quo hac summo labore perdiceret, sed in posterum quoque melioribus literis inepta redderetur.

*In Tractatum secundum.*

Nunc breuiter. Obiter hīc proponit ea, de quibus dicturus est in hoc libro, ac initio inquit, se primò expositurum quinque voces predicantes, vt quarum cognitio ad sequentia sit necessaria. quæ autem deus tractat, quia omnibus sunt peruia, & alibi copiosius declaranda, ideo nunc à nobis cursim perstringentur.

Pauca admonemus. Hoc dixit, quia solum præcepta huius artis generalia in vnum colligit putansat esse rerum capita præcepisse. Nec mire-

ris, si non meminit enthymematis, de quo etiam  
 differit. Istiuc enim subperfecto syllogismo intelli-  
 git: quia contrariorum per similes est disciplina.  
 Prædicabile igitur. Rem deinceps aggreditur  
 docens quid, & quod duplex sit prædicabile. Hoc au-  
 tem dicit prædicari de pluribus, per hæc intelligens  
 multa & diuersa, eaq; diuisim sumpta, de quibus id e-  
 nuntiatur vniuoce, tum verè, affirmatiuè, ac dire-  
 ctè: quoniam aliter indiuidua hac definitione inclu-  
 duntur, quæ tamen secludere oportet.

Ratio substantiæ. Hæc est in quibusdam defi-  
 nitio, in quibusdam descriptio, in alijs verò signifi-  
 catio. Nomen enim, substantiæ, hoc loco essentiã  
 significat, & non primum prædicamentorum.  
 Et moueatur, scilicet per se motu locali, vel ad-  
 minus dilatationis, quando non omnè animal po-  
 test mutare locum, nec id, quod hunc mutat, istiuc  
 habet veluti essentialè: vnde ratio hæc pertinet ad  
 descriptionem.

Prædicabilia quinque sunt. Distribuit hæc  
 Prædicabile in suas formas, hasq; recenset ordine  
 artificiali, quo ipsas explicaturus est. Nã cum dif-

an epist  
 in curia  
 in b rati  
 one su  
 blata est  
 (particu  
 la de jer  
 time ma  
 te)  
 57  
 no mo. do si  
 gnificatio  
 ne sed et  
 am a cepti  
 one

ferentiam ante speciem collocare debuisset or-  
 diae naturali, hanc tamen illi preponit, quod  
 magis posceretur ad generis declarationem,  
 quod quidem est omnium primum utraque ra-  
 tione.

**Vel species.** Coniunctio, vel, hoc loco non at-  
 tribuit diversa vni omnino rei: quoniam posterior  
 definitio est propria speciei specialissima: prior ve-  
 ro etiam subalterna, & intermedia. Vnde illa  
 loco haud dubie commodiori assignata foret,  
 post aliam finitionem, quam traditurus est de  
 specie individua, ultima, seu infima in sua na-  
 tura.

Inest tamen per accidens. id est, non per  
 se sine substantialiter. Quaedam enim insepara-  
 bilia alio modo per se dicuntur. At quia non es-  
 sentialiter insunt, ideo propriae differentiae dicun-  
 tur. Talia enim sunt omnia propria quarto modo,  
 quae ab Aristotele capite quarto libri primi Poste-  
 riorum per se, & non secundum accidens inesse  
 constituuntur.

**Vel numero.** Hoc addidit, ob differentias.

Specierum infimarum essentiales, quarum vix unquam antiqui meminerunt, vel quia laborarent penuria nominum, quibus eas exprimerent: vel magis, quia eas paucas, vel potius nullas veras cognitivas haberent, propter intellectus imperfectionem, ne dicam, hebetudinem, qui rerum naturas penetrare, & ut in se ipsis sunt, intelligere nequit: quas tamen deus, & angeli norunt, optimèque perspiciunt, cum sint intellectus puri, & immateriales.

Hanc solum. Hoc quàm sit verum, viderit Trapezontius, omnes certè affirmant alias duas differentias referri ad sequentes voces, nec possunt iure ab eis reyci. Quia tamen non faciunt tertium prædicabile, de quo nunc agit, nec quatenus differentia sub illis comprehenduntur, idcirco à numero prædicabilium ab auctore excluduntur, volente solam differentiam specificam, seu maxime propriam constituere tertiam vocem prædicabilem.

Irrationalitatem. Nec enim hæc est pura

negatio, ut Rodolphus existimat capite septimo libri primi: sed forma constituens speciem: quæ hodie brutum nominatur.

Philosophus. ut indicat Varro, & Atticus apud Ciceronem libro primo questionum Academicarum. Galenus etiam hoc ipsum passim in suis libris asseuerat, redarguens studium superfluum circa nomina: atque eos medicos, qui ociosam operam in non necessarijs verbis consumunt. Dico non necessarijs, quoniam alys in locis plurimis non spernendum hunc laborem docet.

Quam commodissime. Cùm res plurimæ nominibus careant, oportet inquit hæc facere, apteque excogitare, quò in illarum nos perducant agnitionem. Sunt etiam nonnunquam facièda noua nomina, ut euitemus confusionem, & contentionem in docendo: ad quod solum, & non ad rerum cognitionem nomina prodesse scribit idem Galenus initio libri primi de differentijs pulsuum.

Proprium quatuor modis. Cùm quatuor sint modi proprii, primus actu & non aptitudine accipi debet: secundus vice versa: quoniam homo mutilus

esse potest, qui tamen non desinit suapte natura bipes dici. Tertius autem ex hypothesis, qua hic omnis senectutem attingat, & in ea solus canescere solet.

Aut Aethiopi. De Aethiope dubium videri potest, quia non est nomen speciei, sed eius, qui huiusmodi nomen trahi nequit, si candidus intelligatur.

Author igitur cum Porphyrio sic loquutus est: hic <sup>pro foins</sup> autem (si quid in me est iudicij) isthuc contulit speculans Aethiopem quatenus est homo; nam Boetius eoloci, Minime inquit species consumpra sunt, si Aethiops albus intelligatur: & a coruo colorem nigrum separemus.

In eo quod quale accidentale. Hic à nonnullis legitur particula, vniocè, quam ausim contendere redundare, & proinde in omnibus qua viderim exemplaribus iure non scribi. At si quis miretur, cur author nunc eam omiserit, posuerit autem in Prædicabilis, ceterarumque vocum descriptionibus: is isthuc ab eo factum sciat, quia accidens est minus substantiale, quam proprium. Hinc enim quidam dixerunt, commune esse omnibus prædicabilibus, præter accidens, vniocè prædicari de qui

13 IACOB. A CONTREIRAS.

bus prædicatur. Hinc etiam Porphyrius in Isago-  
ge expresse proprio, & non accideri ad præavit vi-  
uocam prædicationem. Hæc enim sumpta paulò la-  
tius licet verique convenit, neutri attribuitur, si a-  
strictè & propriè accipiatur: quãdoquidem nec ac-  
cidens, nec proprium sic univocè prædicari potest.  
Vnde non assentendum est Blemmidæ, & quibus-  
dam alijs differentsibus, hoc essentiale.

Quædam tamen voces. Quoniã posset quis cre-  
dere plures esse voces prædicantes, ideo nũc ad ex-  
tremũ breuiter ostendit, quinque esse verba uniuersalia  
de pluribus dicibilia, sub quibus continentur  
omnes voces in philosophia existentes. Quod qui-  
dem non minus facile cognoscet ex Blemmidæ dis-  
putatione de quinque vocibus.

Aut accidens ei esse. Nomen, accidens, duo præ-  
cipuè significat apud philosophos, scilicet omne ens  
reale, quod non est substantia, & quoddam inten-  
tionale (vt sic dicam) quod nõ est genus, nec species,  
nec differentia, contingit autem eidem inesse, &  
non inesse. At hoc rursus diuidunt in proprium,  
& accidens particulariter dictum, de quo nuper lo-

univocam  
prædicationem

strictè  
propriè

quebatur. Illud nunc inquit conuersim dici, hoc  
 verò minime tibi si magis visum fuerit, ponatur  
 illud sic subiecto inesse necessario, ut nullo modo  
 etiam per intellectum ab eo abesse possit, ita quòd  
 eius oppositum eidem adiungatur: hoc verò consti-  
 tuatur eidem contingenter inherere. Sic quòd ni-  
 hil prohibeat hoc idem substerni eius contrario.  
 Hinc enim in modum (credo) promptius & meli-  
 us intelliges, quid sit discriminis inter duas poste-  
 riores voces.

In tertium tractatum.

Haëtenus de quinque vocibus prædicantibus: de in-  
 ceptis incipit Tractatum hunc à definitione, et di-  
 uisione rei explicandæ, hoc est, prædicamenti, quod  
 statim finit seriem terminorum incomplexorum *ea ipsa*  
 debito quodam ordine collocatorum. Tu, si vi-  
 debitur, per hoc accipe solum caput, quod maxi-  
 me prædicatur. Prædicamēta enim sunt certa que-  
 dam elementa, auctore Fabio, vel summa genera,  
 ad quæ tanquam principia referuntur omnes vo-  
 ces rerum simplicium significatiuæ, quatenus ex  
 illis oriuntur, ac gignuntur.

Nullam complexionem, *utpote realem*. *Nec enim à prædicamentis excluduntur complexa solum voce: dubium tamen esse potest de cõplexis voce, & conceptione, quales sunt definitiones essentialis: quas et si quidam in eis ponunt per suas partes ego certè totas eò pertinere puto, prout eadem significant cum proprijs definitis. Sic enim ad idem omnino genus accommodantur.*

Alia in subiecto. *Subiectum hîc pro substantia sumit. Plura eius significata cõmemorat Rodolphus capite decimo tertio libri primi.*

Partitur Arist. *Capite de Substantia in Categorijs. Hæc autem eius distributio qualunam sit constituenda, non satis conuenit: quoniam ab alijs dicitur esse analogi in sua analogata: ab alijs subiecti in accidentia: à quibusdã verò melius generis in species diuidetibus in hæc substantiã prædicamentale: de qua iure primo agit, natura et doctrinæ ordine.*

Substantia non suscipit. *Ponit hîc triplicem Substantiæ proprietatem, ac in primis negat, eã suscipere magis & minus, hoc est, intentionem & remissionẽ. In quo etiã sequitur Aristotelem. Nec*

Utrique repugnat Augustinus capite secundo vige-  
 simi libri de Ciuitate dei, dicens, Cum deus sum-  
 ma essentia sit, hoc est, summè sit, rebus, quas de ni-  
 hilo creauit, esse dedit, sed non summè esse, sicut ip-  
 se est. Et alijs dedit esse amplius, alijs minus, atq; ita  
 naturas essentialiū gradibus ordinauit. Loquitur  
 enim de præstantia essentia rerum omnium, mune-  
 ribusque hisce attributis pro formarum dignitate  
 & excellentia. Hæ enim licet in vnaquaque specie  
 cōstitutæ sint in indiuisibili, nec vna magis, quam  
 alia asciscat generis naturam ac rationem, aut de  
 suis inferioribus cum aduerbijs, magis, & minus,  
 prædicari possit: inter se tamen comparatæ quandā  
 suscipiunt elationem & summisionem.

Illud maxime proprium: scilicet inter assi-  
 gnata propria, quæ etiam sunt cōmunia omni quan-  
 titati, omni vbi, ac situi, vt interim omittam qua-  
 dam relata quartamue speciē qualitatis. Nec enim  
 hoc est proprium quarto modo: siquidem non omni  
 substantiæ competit: verum quia ei soli accommo-  
 datur, in quo potissimū visitur ratio proprij: ideo  
 hoc pronunciauit.

Locum sum sicut  
 est p[ro]p[ri]um  
 in p[ro]p[ri]o  
 sine nomi[n]e  
 p[ro]p[ri]o  
 p[ro]p[ri]o de celo

ut indicat  
 in p[ro]p[ri]o  
 in capite  
 in p[ro]p[ri]o  
 in gene-  
 ratione

quæ ad modum  
 non patet de  
 celo et simi-  
 li bus.

5. dixit esse magis proprium.

Vt homo. Non videtur hoc exemplū omnino ve-  
rum, quoniam homo non una eademque numero  
substantia existit. Verū dices, illū in se spectatū  
talem substantiam dici posse: suscipere autem in vicis-  
sim contraria secundario, siue ratione suorum in-  
diuiduorum, à quibus realiter non distinguitur.

Quantum autem. Quantum fuerat secundū  
membrum enumerationis. Quare recte nunc post  
substantiam ipsum explicat descriptione, divisioni-  
bus, & proprietatibus. Id autem describit ex Ari-  
stotele libro quinto Metaphysicis, dicente, quantum  
esse id, quod diuiditur in ea, quæ insunt, quorū v-  
trumque vel singulum, vnū quid. & hoc aliquid  
aptum est esse. In qua descriptione addidit particu-  
lam, singulum, quoniam quantum potest diuidi in  
plures partes, quam duas. Has porrò omnes dicit es-  
se quid vnū, & hoc aliquid: quia separata sunt  
res compositæ ac demonstrabiles. Nec valet argu-  
mentum de partibus numeri & orationis mate-  
rialibus, vt sunt vnitates, & literæ: loquitur enim  
de partibus formalibus, siue specificis, quas licet  
hic appellet hoc aliquid, hæ tamen nequeunt per se

an etiam  
sumpsit se  
minem pro  
quodlibet esse  
in diuisioe.

In his animi  
proprie capi  
eiusque de  
ong. per quod  
in sig. acem  
eiusque con-  
traria

Ang  
quonia quod  
fitas non  
potest ab  
sua diuisioe  
in vnitatem

consistere sicuti illa, quæ ipse in categorijs hoc aliquid nominavit.

Sic enim princeps. *Intelligit Aristotelē citato libro, nempe quinto Metaphysices seci. dū Latinos interpretes, quarto autē, secundū Græcos vocantes priores duos libros huius operis maiore. & minore primū. In eō nāq; inter quāta recēset motū, quem omisit i Logicis, quod magis actio, passioq; videtur rudibus quostū doceret: loci autē hic meminit se cutus vulgares, aut eos philosophos, quorū opinionē refellit 4. Phys. Vbi eū cōsiderā secū dū rē cōsistitū specie superficiē cū reuera ad locatū referatur.*  
 Per aliud vero. *Enarrat hic locū Arist. lib. 5. Metaphysic. nō omnibus obuiū, in quo hīc tēpus & motū, tū albū & musicū dicit esse quāta per accidens, cum in Logica horum primum asseruerit per se quantum. Quid ergo? Sunt sanē priora duo per se quanta: quia eorum partes ad suos terminos communes successione quadam continuantur: at quia tempus per motum, et hic per magnitudinē, super quam fit, diuidi solent, et sic subeūt quāti rationē, ut hoc ipsum ibi declarauit: idcirco ea vocat.*

quanta per accidens, seu potius per aliud, ut author nunc ait: quandoquidem proprius sunt quanta, nec perinde ex accidente, sicut album, musicum, & similia, quæ solùm ad quanta per accidens reducuntur: quoniam simpliciter sunt talia. & nulla ratione inter quanta per se cõnumerari valent, velut tẽpus, atque motus, quorum partes ad instans & mutatum copulari possunt.

Oratio: Oratio hîc non attenditur, ut est solùm vox: sed accipitur pro tenore plurimum syllabarũ prolatarum. quæ non refert, si sit significatiua, con-  
significatiua, vel non significatiua.

In loco. Hîc pro loco, melius legeretur, alicubi, ut Aristoteles in Logica: nec enim hæc propriè dicuntur in loco esse, cum non sint corpora sensibilia  
 Quanta dixerim. Hoc dixit, quoniam propter fluorem assiduum & repentinum nõ tam facîle cognoscitur, an partes motus, temporis, & orationis, sint eiusdem naturæ cum suis totis, per quod nuper explicuit ipsum quantum. Quod autem inquit numerum habere positionem, sumpsit ex Aristotele loco præallegato, vel Alexandro eius expositore.

que liber  
 enim la  
 cum de  
 igno  
 in dante  
 rem.

qua  
 fuer  
 que p  
 omi  
 cum

no. 51



Nec prohibet, si ille contrarium a se uerit in prædica-  
 mentis: spectabat enim tunc numerum numerantē  
 qui reuera constat partibus situ carentibus. In Me-  
 taphysica Verò aut numerum numeratum intelli-  
 git: aut illum considerat, quatenus uidetur habere  
 partes permanentes, si cum prædictis tribus compa-  
 retur: aliàs puto locum hunc unum esse ex his, quos  
 author emendaturus esset, si librum iterum reca-  
 gnouisset. Quidam etiam inter nomē, corpus, &  
 numerus, ponunt finitionē non habentium passio-  
 nem, adduntque, ut numerus, ueluti exemplū: quæ  
 uerba an sint authoris, prorsus hæreo.

*motu ten  
 pote et opa  
 tione*

Qualitas. Postquam duo priora prædicamēta ex-  
 posuit, describit hic tertium, scilicet, qualitatem ac-  
 cidētalem, eamque diuidit in quatuor formas, quas  
 sigillatim explicat. In eius autem descriptione fe-  
 cit nostri mentionem in numero multitudinis, quod  
 plurium qualitatum compotes simus.

*et sane hæc  
 erant de q  
 randa uide  
 in eor uide  
 et per omisa  
 impet for u  
 in curia.*

Calore & frigore: Hæc nunc accipit, prout sic  
 uel sic disponunt res, quibus in hærent, nam alia ra-  
 tione sunt passibiles qualitates, ut infra dicit. Nec  
 mireris hæc cōtineri sub unius generis diuersis for-



mis, quando constat vnam, & eandem vocem referri ad alias, atque alias categorias.

Quare perspicuū est. Colligit hic ex precedentibus dictum quoddam Aristotelis difficultus idque bifariam exponit, & vtroque modo congruenter. In priori interpretatione innuit dispositionē esse quid habitu generalius: in posteriori significat eā esse multas particulares dispositiones simul immetas, quæ successione quadam temporis migrāt in habitum, quod magis probō.

Sunt non affectiones. Nomen, affectio, aut hīc sumitur pro dispositione, de qua supra, aut pro passione, & perturbatione. Vnde horū verborum sensus est duplex. Secūdū priorē dicit passiones, vel passibiles qualitates nō esse affectiones, id est, dispositiones, quod hæ immobiles maneant in subiectis proprijs, illæ istæ hæc alterent ac moueant. Iuxta verò posteriorem ait eas non esse affectiones, hoc est, perturbationes, & sensationes: sed ea, quibus medijs fiunt huiusmodi motiones, quæ sunt alterius categoriæ. At hoc magis placet, potiusque colligitur ex authoris litera.

Colores autem magis, &c. Rectè magis. Nã  
 hi etiam in sensum visus efficiunt quendam mo-  
 tum, & affectionem. At hoc omittent tanquã no-  
 tum inquit cum Aristotele colores vocari passibi-  
 les qualitates, quẽd in nobis, ceterisque rebus orian-  
 tur ex motione, hoc est, perturbatione, vel altera-  
 tione, per quam primo in omnibus certum tempera-  
 mentum acquiritur, deinde autem qualitates visi-  
 les, gustatiles, & odoratiles hoc ipsum cõsequuntur.

Qualitates dicuntur, &c. Nec hinc colligas,  
 passiones esse alterius categoriæ, sed eas non esse  
 qualitates, prout qualitas definita est: vel non esse  
 qualitates passibiles, quod nomen quidam addunt  
 litera Aristotelis, ex qua auctor videtur sumps-  
 se hæc verba.

Ad aliquid sunt. quoniam ratio est veluti  
 planta superioribus elementis inserta: idio locus  
 quartus ei iure tributus est naturæ ordine. Nec hinc  
 pugnat traditio Aristotelis in Logicis, qui eam cã  
 quarto loco enumerasset, tertio declaravit non sine  
 ratione.

Alia fortuna, vt dẽminus seruus. Scrui

etiam natura sunt, ut ait Arist. libro primo Polit. Casus sunt. Hoc dicit, quoniam non semper idē redduntur casus, ut aperte ostendit exemplo. cui pugnare videtur, quod scribit Aristoteles post medium quarti capitis libri quarti Topicorum.

Actio est, &c. Quae hinc sequuntur praedicamentis, & praesertim quatuor postrema etiam quadam veluti societate praecedentibus coniunguntur, quoniam non simpliciter intelliguntur: sed ex alijs vim & naturam trahunt. Actio namque, & passio definiuntur per subiectum, in quod recipiuntur.

Quare magis, & minus. Recte istud: siquidē omnis intentio, & remissio emanat ex maiori, vel minori contrariorum participatione.

Actionis effectus. Quia omnis actio efficit passionem, si fuerit transiens (ut vocant) in materiam exteriorem: unde colligas, illā hac priorem esse secundum naturam. Eam tamē clarius describes, motū in aliquo.

Nihil est contrarium. Non caret hoc dubitatione: quoniam Boetius in Commentarijs super Logicam ait, locum loco esse contrarium. Idem de, ubi

videtur sentire Aristoteles in *Physicis*, cōstituens motum ad *ubi*, quem inquit necessario fieri debere inter contraria. Quid igitur? Dico Boetium in eo fuisse hallucinatum, ut ostensurus sum apud Aristotelem ad finem capituli de *Quantitate*. Ad alterum verò respondeo, contrarietatem, quæ reperitur in ipso, *ubi*, non esse propriè talem: quoniam non sumitur ex sola distantia formali, sed spatij: quæ in verè contrarijs non est intelligenda.

Id diuiditur. Deducit hic, quando, in tres partes in quas etiam, tempus, à quo illud dependet, indicat distribui à vulgaribus ac Grammaticis, cum nullum sit reuera præsens, secundum philosophos. Et huiusmodi dicuntur. *Vi iacētia, recta, curua, supina, ac prona*. Aduerte, rebus immobilibus vnum tantum situm inesse: plures verò mobilibus animalibusque perfectioribus.

Non ut tactu iudicātur. Sic enim sunt prædicamenti qualitates, inferuntque tactui passionem *Quamobrem nec cōtrarium*. Est ratio ex prioribus quoad nos: siquidem intentio, & remissio à motu sunt, qui omnis ortū habet ex cōtrarijs. *Ea au*

re ac propositum videtur falsa ex leni & aspero,  
quæ appareret esse contraria, tum magis minusque  
suscipere.

Et alterum nisi alterum insit à natura, ut calor  
ignis & albedo vini: quo pacto possit quis dicere sta-  
tionem plantis, & id genus alijs competere.

Sedere recte. Solus homo inter animalia pro-  
pria se lera potest, ut inquit Galenus ad initium li-  
bri tertij de Vsupartium: quo in loco etiam docet  
eum duntaxat stare rectum, etiam si alia quodam  
modo stare soleat, veluti arbores, mōtes, ac mœnia  
Arist. ena nerat, scilicet in Logicis: alios enim  
ponit in quinto primæ philosophiæ, cum explicat hu-  
ius dictionis intellectus.

Opponi aliud, &c. Aperti sunt fontes vocum  
res ipsas significantium: quæ deinceps enarrat ad  
eorum cognitionem magnas habent partes. & pro-  
inde iure ipsis annexantur.

Immediata sunt. Nec offeratur medicos inter  
hæc constituere medium, quod neutrum appellant.

Hoc enim non sic habet, si credimus Menapda vi-  
ro doctissimo in cōmentarijs, quos edidit in quædã

capita *Artis medicinalis Galeni*. V el dicitur medi-  
cosea demum vocare agra, quae habent insigniter  
lasas functiones.

Vellapis, &c. Hic in quibusdam libris legitur,  
catulus, & non lapis, verum utrumque rectè.

Apud Arist. In postprædicamentis, capit. de mo-  
dis prioris: ubi sub quinto modo ea tantum cõplecti-  
tur, quae sunt solum causa, & nõ effecta, ut inquit  
*Ammonius*.

Item homo & risibile, &c. Ex his exemplis  
priora duo rem propositam docent: postremum ve-  
rò non ita, quoniam pater, & filius, aliæ relati-  
ua non sunt solum causa (quod hic intelligitur) suo-  
rum correlatiuorum, verum etiã causata. Ex quo  
non hoc modo continentur: sed in his, quae simul na-  
tura esse dicuntur.

Duobus modis. Pachymerius, et alij referunt,  
simul, dici tribus modis, quia alterum istorum sub  
diuidunt. Poteris tu plures addere, & certè totidẽ  
quot prius quidquam dici solet.

Ac corruptio. V el etiã duratio, si modo sint res  
caduce. Dicimus enim, Platonem, & Aristotelẽ

*ni si ex parte  
sunt vel sunt  
trata verum  
hoc non va-  
cuerit.*

simul fuisse: quia aliquantulum vixerunt in uno eodemque tempore. Excepi autem res caducas: quoniam perpetue negantur esse in tempore, & in aere constituuntur.

In tractatum quartum.

Hæc de prædicamentis, quibus hætenus expositis ventum est ordine ad tertium membrum partitionis: quoniam de propositione abundè satis dictum est in primo tractatu. Principio ergo finit, quid sit syllogismus simpliciter, huncq; dividit in prædicatoriũ & cõditionalem, quorũ illum vt simpliciorẽ prius exponit, quid qualisue sit: siquidem natura rerum de finitione, & accidentibus declaratur. Hoc porro clarè & succinctè facit: quia antea professus est, se nolle omnia, quæ dici possunt de syllogismo categorico, astringere præceptionibus. Vnde nõ stat mihi hac in parte diutius immorari, nec more scholiastes transferre Græca, & præsertim verbum, syllogismos, quod frequens est apud Ciceronem, Fabium, & complures alios linguae Latinae auctores.

Posita, id est, disposita, & non concessa ac admissa, nisi fortè in syllogismo probatiuo, cuius mediũ

est ratio, quæ ad fidem faciendam adhibetur.

Syllogismorum. In duas formas distribuit hîc syllogismum, nempe in categoricum, & hypotheticum: de hoc tandem plurima, nunc de illo agit, eiusque tres figuras assignat, modos autem decem & novem.

Tribus enuntiationibus. Cum hîc agat de syllogismo in genere, huiusque tantum formam & structuram doceat, iure eum dicit constare enuntiationibus, quas voluit in primo tractatu esse orationes aliquid de aliquo asserentes, vel negantes, ut significant vel esse, vel non esse. Ab utitur tamen re uera hoc nomine, ut ibi demonstrauius.

Hic perfectum. Hoc dicit, quoniam aliter sumi solent hæc nomina, scilicet de perfectione, vel imperfectione in euidenti, vel latenti collectione.

Et tribus terminis, si non re, saltem ratione, ut patet in syllogismo ex oppositis, qui ex duobus duntaxat terminis conflatur.

In cōclusionē prædicatur, &c. Non videtur satis aptæ hæ maioris, & minoris termini declarationes, quia assignantur per posteriora, nec om-

nibus sunt proprie. Definiatur igitur maior terminus, qui predicatur in problemate, & minor, qui in eodem subicitur, quoniam hoc cōpetit extremis syllogismorū tā directè quàm indirectè colligētium.

Nuncupamus. scilicet cum Aristotele. Solent tamen omnes hæc propositiones alijs & alijs nominibus vocitari à Cicerone, Fabio, ac Rodolpho.

Quinque modis primæ. Hi sunt, quos vulgus Dialecticorū indirectè, & præposterè colligētes nominat, denotātque his vocabulis, Baralipton, Celantes, Dabitur, Fapesmo, Frisefomorū: ex quibus postremi duo in alijs quoque figuris à quibusdam fieri dicuntur, secundum aliam ac aliam medijs dispositionem.

Quauis contra. Innuat modos primæ figure indirectè concludentes, quos nuper retulimus.

Nisi terminorum ordinem. Alij addunt, intelligūtue hunc legitimum: quoniam aliter magis que figurarum obtinet alios plures modos: quos a syllogisticos dicimus.

Recte illata. Per, rectè, hinc non excludit modos syllogisticos, sed qui inferunt indirectè conclusio-

nem, quam intelligimus esse conuersam proposita,  
legitimæq; illationis. Ex quibuscunque enim propo-  
sitionibus sequitur conclusio aliqua, ex eisdem pror-  
sus conuersa inferri valet. Vnde, rectè, nunc sumi-  
tur pro, directè.

Nonnunquam per impossibile. Hoc dixit,  
non quòd non possint omnes ita reuocari: sed quia  
duo solū modi, Baroco, & Bocardo sic reducuntur. *quæ est ratio*

M. autem, scilicet vbiunque scriptū fuerit. Ali-  
quando enim est in syllaba denotante maiorem, vel  
minorem, aliquando in ea, quæ significat conclusio-  
nem: interdum autem in altera subsequenti, veluti  
in Frisefomorum.

Præmissas appellāt, eo quòd præmittuntur ad  
aliquid concludendum.

Fapesimo. Videtur sumpsisse potius hunc modū  
vt in quo omnia supradicta declarentur.

Nunc alia exempla. Non quidem primæ figu-  
ræ, sed secundæ, & tertiæ. Tu si rogeris de reductio-  
ne Baraliptron ad Barbara, dicit eum non mutari,  
iuxta eandem omnino methodum, quam authores  
eradunt: quoniam propositio particularis affirma-

tina conuerti nequit in vniuersalem eiusdem quali-  
tatis, qualis & quanta esse debet cōclusio ipsius Bar-  
bara: quia tamen conclusio in Baralipron est proposi-  
tio per accidens conuertens propositionem vniuersa-  
lem alioquin per accidens conuersam, vel conuertem-  
dam: idcirco (credo) inquit illi modum hunc mu-  
tari in Barbara, conclusione illius per accidens con-  
uersa.

Probatiores sunt, id est, perfectiores, non quide-  
quod certius colligant, sed quia evidentius conclu-  
dunt, quoad hominem, & hoc ob situm mediij ma-  
gis naturalem.

Quatuor modi, eisque seruit dictio, odiebam;  
in cuius quatuor syllabis, quia totidem insunt voca-  
les, de quarū significatione te author supra admo-  
nuit: ideo nunc restat cōsideres, quis modus primæ  
figuræ inferat talē conclusionem, qualē & quan-  
tam tibi vocalis insinuat: & dicito ad eum reduci  
modum illum imperfectum, qui respondet secun-  
dum ordinē prædictis syllabis. Inuenies enim qua-  
tuor modos secundæ figuræ redigi ordine conuerso  
ad quatuor primæ: quandoquidem Casare, reuoca-

eur ad Ferio: Camestres, ad Darij: Festino, ad Cæ-  
larent: & Baroco, ad ipsum Barbara.

Nam quoniam, &c. Vnde versus ad hanc rem  
apprime commodus, Seruat maiorem, Variatque  
secunda minorem.

Primo loco, Vnde alter versiculus, Tertia maio-  
rem Variat, seruâtque minorem. Ei pariter inser-  
uiunt hæduæ dictiones, Latere Romanis, quarum  
syllabæ non modò respondent eius modis, verû etiã  
singularum vocales eundem sensum obtinent, quæ  
eadem præ se ferebant in verbo, odiebam, nuper ex-  
posito.

Duos quoque postremos. Per duos postre-  
mos modos primæ figuræ intelligit hic author, Da-  
rij, & Ferio: quoniam de perfectis loquitur: eos au-  
tem quo pacto dicat conuerti ad Barbara, ac Cæla-  
rent, non satis assequor: quandoquidem non video,  
qua ratione ad priorem reducantur: ad posteriorem  
tamen rediguntur, mediantibus, Camestres, & Cæ-  
sare, qui in illum reuocantur per conuersionem, &  
transpositionem, postquã in eos illi mutati sunt per  
impossibile. Hæc autem dico, quoniam duo primi

modi secundæ figuræ non ad Celarent, transferuntur per impossibile, nec duo postremi primæ ad eos cōmeant per conuersionem. Quum autem ambigo, an prædicti modi migrent ad, Barbara, isthuc intelligo. per alterutrum tantū instrumentorū: quoniam si uenimur utroque simul, aut assumamus cū altero aliquam regulam consecutionis, possumus illos ad ipsum reducere, medijs, Baroco, Bocardo, alijsue modis. Verūm hoc paulò difficilius existit ac operosius, & magis sanè arduū, quàm utile, ut author admonet, docebitque experientia.

In Analyticis, id est, resolutorijs nēpe capite septimo libri primi Priorum, ubi magis ad ostentationem ingenij, quàm ad necessitatem docuit, Darij, & Ferio ad Celarent conuerti.

Arist. volumina. Intelligite ea, quæ Priora uocantur, in quibus omnes rectè ratiocinandi regulæ continentur, explicanturque fusiſſime. Nam cum due sint partes Dialecticæ, una inueniendi, & altera iudicandi, utramque quidem Aristoteles varijs voluminibus tradidit: ac posteriorem primus redegit in artem, tamen si Stoici <sup>postea</sup> ~~postea~~ de ea multa

literis mandarunt, ut passim testatur Cicero.

In quintum tractatum.

De syllogismo categorico dictum est: de hypothetico, & eius partibus quintus est locus, ubi etiam quid, qualisue sint, querit, tractatque paulo latius, non quod propter hæc sit hic libellus institutus: sed quia sunt res aliquantulum obscuræ, quæq; egeant ampliori illustratione. An etiam quia oscitanter recedebantur à suæ ætatis hominibus, idcirco de his disputare decreuit, horumque inscitiam castigare? Initio igitur dicit, quid & quotuplex sit propositio conditionalis, tum unde vera vel falsa, affirmativa, vel negativa constituatur. Videns enim auctor Aristotelem nihil de his scriptum reliquisse, quasdam nobis ex Boetio tradit præceptiones, quas si cui exactius cognoscendicupido inceperit, in hunc ipsum in primis adeat in lib. de syllogismo hypothetico, & in commentarijs super Topica Ciceronis.

Annexum appellatur. A Cicerone in Topic. ex quo libro auctor multa huc transtulit.

In rationali quidem. Ne quæ fallat nominis huius ambiguitas, illud admonitum velim, pro-

positionem rationalem, ut, Quia sol lucet, dies est: proprius dici causalem, quam conditionalem. Sic tamen appellari propter vim consecutionis, quae eadem in utraque existit. Non desunt tamen, qui eam comprehendunt sub copulativa, ad quam verius deferunt localem, & temporalem, ut ei magis similes in veritate, & falsitate. Possumus & alias his addere, quae simul ex disiuncta, & copulata conferuntur, ut, Homo est lapis: et, Animal vivit, vel est animatum: quae pro diversitate prolationis ac sententiae modo his, modo illis annumerari valet: si credimus Rodolphi scholiastae in fine capituli septimi secundi libri.

Proprie conditionalem. Dixit, proprie, quia cum nuper sumpserit propositionem conditionalem pro quavis coniuncta ex pluribus categoricis, aut aequivalentibus: hic tantum eam accipit, quae sub conditione aliquid proponit, siue fiat ex duabus, pluribusve simplicibus, siue ex alijs constitutur orationibus unitis quidem per particulam, si, illis praepositam, vel inter eas collocatam, hoc pacto, Animal moveretur, si homo curreret.

Ordine quodam naturæ. In eo scilicet, quod posito vno, alterũ consequitur. & non quia id, quod est prius secundum naturam antecedit etiam in ipsa propositione. Sape enim aliter accidit, veluti cũ dico, Si dies est, aurora est. Id ergo in ijs dicitur antecedens propriè, quod naturali coherẽtia præcedit alterum, estque velut argumētum, siue prius, siue posterius effertur. Quæ ratio quoque in alijs pronuntiatis observatur, si modò in eis quadret nomen antecedentis, & consequentis. Neque enim in his id dicitur antecedens, quod natura, tempore, ordine, vel dignitate est prius: sed quod sensu iudicioq; differentium tale constituitur. Vnde patet error scholiastes dicentis: id in disiunctis, copulatisque antecedens esse, quod priori loco ponitur: consequens, quod posteriori. Dixi, Si modò in eis quadret nomen antecedentis, & consequentis: quoniã duo hæc ipsis absueveranter adscribere nunquam sum ausus cum authore: bene tamen dico, partem priorem, & posteriorem.

Rationalis, siue conditionalis. Pergit ostendere, quo pacto pronuntiata propriè cõditionalia di

## 4. IACOBI A CONTREIRAS.

gnoscamus vera, vel falsa. Quæ res sic variè à di-  
 versis explicatur, ut præter duos modos, quos au-  
 thorsubilit, Rodolphus, & aly isthuc colligat ex re-  
 ctâ, vel nõ rectâ illatione vnius partis ex altera, iu-  
 dicâtes propositione hypotheticâ posse veram esse,  
 cuius vtraque pars est impossibilis, quemadmodû  
 hæc, Si a finus volat, a finus habet alas.

Pars altera vera. Si modò dua tantûm sint par-  
 tes, & hæ sic inter se repugnâtes, ut vna posita al-  
 teram interimat, & vna in scrempta reliquam po-  
 nat, qualis est, Aut dies est, aut nox est. De hac e-  
 nim sola veteres loquebantur. Dialectici verò rece-  
 tiores quasuis propositiones categoricas simul iun-  
 ctas per disiunctiuam coniunctionem, disiunctiuas  
 nominant.

In alijs rebus, id est, in non oppositis, vel repu-  
 gnantibus, siue hæ duabus tantûm constant parti-  
 bus, siue pluribus. De vtrisque autem disiunctiuis  
 vide Gellium capite octauo libri decimi sexti No-  
 tium Atticarum.

Falsum autem ex vero. De quo plura Aristo-  
 teles ad initium libri secundi Prior Analytic.

Rodolphus  
 capite nono  
 J. libri.

Appellamus. Ipse scilicet auctor in hoc tractatu. Nam Cicero omnia genera oppositorum sic nominavit in Topicis.

In his igitur. Id est, in tribus modis oppositorum, ex quibus quæ vocantur contradicentia sæpe in terminis maioribus, minoribusque dari possunt.

Ponit enim. Assignat hinc regulam, qua propositiones proprie disiunctas à non talibus seungamus.

Quod cum falsum sit. Lux enim in assignato exemplo non sumebatur pro solari dumtaxat, quæ est terminus diei equalis, reciprocusue: sed etiã pro lunari, aliãue claritate ex astris, igne, & similibus.

Illud præterea. Quæ hinc admonet circa propositionum hypotheticarum, & categoricarum metamorphosim, hoc est, minus in alteram mutuã transitionem, sunt paulò minutiora, quàm debuerint in præcepta conferri: non ita verò quæ tradit de earum repugnantia: hæc enim & verè præcipiuntur, & ad huius perfectam intelligentiam vtiliter

monentur: illa autem si cui delicato fastidium afferunt, aut præ subtilitate tædium inducunt, nõ ideo debet hic damnare eum, qui hæc sic tradidit diligenter, ut subtiliter excogitavit.

Si partim prædicata, &c. Existimat scholasticus, quædam hinc esse auferenda quasi redundantiæ: ego verò omnia necessariæ esse arbitror, lego quædam literam hoc modo, Si partim prædicata, aut diuersa verba sunt: aut si idem repetitum, illud non est, in quod omnia verba resoluntur, ut homo est, homo legit, homo disputat. Item, Si currit, mouetur: Si peperit, cum viro concubuit. Præterea, Si homo viuit, & cætera.

Quatuor fiunt. Verum omnes sunt affirmatiuæ: quia non negatur copula principalis, cuiusmodi est particula, Si, Et, Vel, aut aliqua his æquiuales. Præcipit ergo hoc in loco, partes propositionum compositarum quatuor modis variari penes affirmationem, & negationem, ac ita totidem earum differentias constitui. Nec refert, si in solis conditionalibus exemplum ponit.

Verum quoniam. Digreditur in explicatiõem

propositionum ex partibus repugnantibus, reddēs obiter rationem, cur de his particularem tractatū faciat. Inquit enim, ex his solis fieri tertium modum syllogismorum propriè hypotheticorum.

**Quos conditionales.** Exposuit hætenus satis multis, quid, & quotuplex sit propositio hypothetica: deinceps differit de syllogismis ex ea compositis, quos initio appellat propositiones, non quidē simpliciter: sed has debito modo cōiunctas ac copulatas. Ex quo cōsequentiā à Fabro, & alijs definitur propositio hypothetica. Scholiastes tamen hinc abiecit particulam, vel propositiones, tanquam accititiam & superuacaneam.

**Tribus constant partibus, &c.** Harum aliqua, & præsertim prima, quæ dicitur propositio, hypothetica esse debet.

Septem sunt modi. Si diuersitatem propositionum spectemus, tres verò, si formam concludendi: quorum primus à Cicerone dicitur ab antecedentibus: secundus, à consequentibus: tertius, à repugnantibus. Ac ex his priores duo nunquam aliter colligunt, nisi fortè in terminis reuertentibus, in quibus

per æquè valet, siue antecedens, siue consequens assumatur.

Non si è rep. fuit. *Particulam, non si, ponit author loco, nisi, quod Cicero legit: in nonnullis tamè codicibus hîc non habetur aduerbiû negatiuum.*

Cicerone teste. scilicet in Topic. vbi sub tertio modo syllogismi hypothetici ex pugnantibus vult contineri enthymemata, quæ ex contrarijs, vel pugnantibus concludunt: tamet si non colligunt secundum eandem formam, qualia sunt, Eam, quã accusas, damnas? Quem alicui fidum inuenies, si tuus hostis fueris? Hæc enim breuiter, & ferè per interrogationem inficiatoriam efferrisolent, & nõ iuxta præscriptam rationem.

Nam cum omnis sententia, &c. Enthymematis variæ sunt significationes, & certè teste Fabiolibro quinto in principio capit. de argumentis, id triplicem intellectum obtinet, vnum, quo omnia mentis concepta significantur, vt, Veritas odium parit: alterum, quo sententia cum ratione designatur, vt, Stultum est de improbo bene mireri: quia quisquis hoc facit, suo officio, suòque sumptu hostè

sibi creat: tertium, quo notatur certa quaedam argumenti cōclusio ex repugnantibus, sub quo significato comprehenduntur, quæ ex cōtrarijs propositum conficiunt. Eius dem̄ quartus est modus omnium vulgatissimus, quo dicitur simplex cōclusio, hoc est, argumentatio ex antecedente, & cōsequente simplicibus cōdita, de qua potissimum disserit in tractatu subsequenti.

Arist. etiam. Ad finem libri secundi Priorum. Vbi enthymema dixit imperfectum syllogismum propter acutiem ac breuitatem, hoc est, defectum alterius propositionum, ex quibus perfectus absoluitur.

Nescio quæ. Videns author Boetium libro quinto suorum commentariorum super Topic. Ciceronis asserere prædicta enthymemata vnicâ propositione cōtineri, eū tacitè arguit Ciceronis testimonio. Tu hominem purgabis, si dicas ipsum attendisse solam eloquutionem, non autem vim ac potestatem: quam hic animaduertens inquit ea intra se complecti propositionem, rationem, & conclusionem.

Utergo circuitus. Periodus, cuius multa sunt Latina nomina, teste Fabio, ad finem libri nomi, una est simplex continens sensum unum productiorē: altera composita pluribus constans partibus curtioribus: quas Cicero incisa, & membra vocat in perfecto Oratore. Dixi, pluribus: quoniam cum minimū duashabeat, aliquando verò tres, quatuor, quinque, aut etiam plures. Hæ tamen sic inuicem à se dependent, ut nulla earum separata sententiam absoluat: sed omnes simul aures impleat. Huic ergo author nunc comparat a similitudine enthymema, volens hoc tres obtinere partes, sicut periodus possidet principium, finem: mediocrēque magnitudinē, authore Aristotele, libro tertio Rhetorices, cum agit de pendente oratione.

Quare non erit. Cum hic corrigit Boetij opinionem de enthymemate, aliam multò minùs verā habere videtur: quoniam ait, id tribus partibus constitutum esse, propositione, assumptione, & conclusionē: quod est falsum apertissime, nisi dicatur, eū non loqui de enthymemate: sed de his, in quæ ipsa resolui explicarique potest, ac debet, si efferatur se

cundū præscriptam rationem tertij modi, sub quo id comprehendī aſſeruimus.

Ad ſimplicem conſuſionem. id eſt, argumentationem imperfeſtam, qualis eſt enthymematica: cuius quidem formam licet non ſeruet enthymema ex contrarijs ſententijs: ad eam tamen reuocari poteſt, hoc eſt, ad eaſdem, & totidem partes: etiam ſi ex vna propoſitione conflatum videatur.

Differt tamen. Quoniam nuper dixit, enthymema rhetoricum, ſiue ex cōtrarijs partibus redigi ad ſimplicem conſuſionem, quæ eſt regula, examēnque omnium enthymematum: ideo nunc inter ea obiter diſcrimen ponit: quod latius enodat in tractatu ſubſequenti.

Hoc metuere. Apud Ciceronem non, hoc, ſed hūc, legitur: quod de Catilina dici poteſt, qui nō modo quibusdā bonis ciuibus necem meditatus eſt: ſed etiam ſtatum totius Reip. cæde & incendijs labefaſtauit.

Præter relatiua. Nec mireris, ſi Cicero in Topiſis hæc etiam ſub cōtrarijs complexus eſt. Author enim iſtæ attendit, aut vt ex his fieri nequit ra

ratiocinatio tertij modi, aut quatenus inter se amici,  
 & non oppositè conferuntur, sicuti in hoc exēplo,  
 Non tibi committam meum negocium: pater es: fi-  
 lium igitur adiuuabis. Hic enim pater, & filius,  
 velut amica & consentanea comparantur: nec ve-  
 rè dicuntur contraria. Illud tamē magis placet, re-  
 latiuā nempe hīc non dici ea contraria ac dissi-  
 dentia, quibus constet prædicta ratiocinatio. Quid e-  
 nim negaretur, hæc posse contraria nominari?  
 Sic Oratores. De hoc Fabius libro quinto ad fi-  
 nem postremi capitis.

A beo, qui dicit, id est, Oratore, qui ab orando  
 dicendoque nomē obtinet. Huius porrò oratio quo  
 pacto seiungatur à Philosophorum locutione, osten-  
 dit Cicero in perfectō Oratore dicēs, Philosophorū  
 dictionem nec neruos, nec aculeos oratorios ac forē-  
 ses habere: quo in loco per neruos oratorios sumit  
 crebras, & acutas probationes: per aculeos verò,  
 affectus, & amplificationes, quibus omnibus in-  
 spergi solet & debet oratio honorum Oratorum.

Facit. Remouet tacitā obiectionem, qua quis  
 dicit Aristotelem hominem philosophum plerūque

Ut oratione perturbata, acri, latenti, concisa, nervosa, ac robusta. Inquit enim, eum isthuc facere, quia inter ceteros præstitit doctrina & eloquentia, ut indicat duplices eius artes, quas discipulis tradebat, ut testis est Gellius capite quarto libri viges.

Quale est. Duo hinc simul docet exemplo: unum est, Oratores sæpe concludere ex repugnantibus: aliterum, eosdem dicendo pleraque confundere, mutare nonnulla, quæ ad negligere, nec unquam tamen ab acerrima contentione discedere. Cum enim eis iria incumbant officia, ut doceant, moveant, & delectent: non modo omnia apud omnes verissimiliter exponunt: verum etiam affectibus turbant inimicos, horumque animos ad se alliciunt ardenti, ornatæque dictione, quæ mille figuris variat ac versant, ut ea, quæ iusta & vera sunt, ab auditoribus teneri queant.

De diuinatione. Exemplum hoc habetur in utraque lib. de Diuinat. versus finem: qui locus diligenter legendus est, ut intelligatur, quod author nunc dicit: & contra quod hic admonet, ut ille illustretur, intentius considerare oportet.

Non igitur sunt dii, nec significant futu

ra. Hic si credimus auctori, subintelligenda est coniunctio, si, hoc modo, Non igitur si dii sunt, nec significant futura. Indicat enim deos, si sint, hominibus futura declarare. Addidit porrò nouā negationem, aut ut magis affirmaret, verāque inferret propositionem: aut ut doceret ex predictis affirmatiuis sequi oppositum cuiusdā propositionis repugnantis, qualis hæc est, Dii sunt, nec tamen futura significant. Cum enim duo hæc ex aduerso pugnent, scilicet, ponere deos esse, & hos non prædicere hominibus quæ futura sunt: rectè intulit, Non igitur dii sunt, nec significant futura: subaudiens particulam, si, hoc modo, Non igitur si dii sunt, nec significant futura.

Nullas vias, hoc est, modos rationis que ad interpretandū signa, quæ frustra à diis hominibus proponerentur, si ea non possent intelligere.

Quæ vis, Per vim nunc intelligit argumentū, seu probationem, cui inuituntur Ciceronis ratiocinationes, veluti ossibus carnes, omnisque corporis constitutio.

Qui ab antecedentibus, Si videlicet specte-

tur modus, quo adstruitur id, quod præcessit, ut cōsequens destruat. Si autē materia consideretur, à contrarijs, seu contradicentibus videtur duci ratio Ciceronis.

Principalis. hoc est latior. Hæc enim disputatio ferè tota illis quinque partibus absolvitur.

Ab enumeratione partium. Sic vocat Cicero in Rhetoricis: Fabius in quinto appellat à remotione. Nam cum fiat pluribus rebus expositis, & ceteris infirmatis, ut una reliqua necessario concludatur: ille à priori eam nominavit, hic verò à posteriori.

Partium solum. Addidit particulam, solum quoniam si non præsupponitur sufficiens fuisse partium enumeratio, non rectè ostensum est falsum annexum illud alioquē repugnans, Si duo sunt, non futura significant.

Cicero opinatur. In iam sæpe citato libro, cū agit de loco ab antecedentibus, &c. Quo in loco, Etsi inquit enthymema ex repugnantibus, commune esse Dialectico cum Rhetore, huius tamen proprium videtur.

Si quis ita vult. Suam hinc suspendit sententiam vir modestus, ut arrogantiam fugeret, vel quia Cicero non facile posset à quibusvis cēferi Dialecticus: an etiam isthuc extulit, quia eum vocabat summū Dialecticum? dictio enim, summus, ad Dialecticū & non ad Oratorem referri debet. Nec enim probabile est, authorem aliās cum conditione loquutum fuisse. Siquidē nullus dubitare posset, Ciceronem esse Dialecticum simpliciter, quem ipse nominasset summum Oratorem: & omnestalem esse inteligerent. Quoniam igitur eum constituit Oratorem, & summum quoque Dialecticū, idcirco hoc sic pronuntiauit.

Disiunctiua in copulatiuam. Hi duo postremi modi è copulatiuis reuera constant: dicuntur autem esse ex disiunctiuis mutatis in illas, quoniam à duobus superioribus oriuntur, coniunctione disiunctiua in copulatiuam versa: & negatione præposita toti pronuntiato, si credimus Ciceroni.

Ferme omnibus. Dixit, ferme, ob modum sextū, ac septimum, quos inquit tū valere, quum partibus pugnantibus constat propositio, quarum ea nā

eura est, ut eodem tempore nec sint, nec esse possint.  
 Quid quod in alijs et iam modis præcepta corruunt  
 si aequi termini assumuntur?

Simul fateri. Potest enim aer lumine lunari,  
 vel igneo illustrari, etiam quum nox adest.

Non faciat. Sunt qui putant solum seprimū esse  
 infirmum, & captiosum, quòd in alijs omnibus con-  
 cludendi modis, datis propositione, & assumptione  
 necessario sequatur complexio. Nam hi etiam sex  
 eā colligendi rationē dicunt certam constantēque  
 esse, si alteri parti propositiōis negata cōiūctā alia  
 rursus negatio adiiciatur, hoc pacto, Nō & hoc nō,  
 & illud non: nō autē hoc: igitur illud. Verū cū Ci-  
 cero nō ita eā proposuerit, nec dixerit hos duos mo-  
 dos firmos ac ratos sicut superiores, verisimile est,  
 eū insinuassee, hosce dūtaxat necessario cōcludere,  
 dū propositio ex partibus pugnantibus cōstituta est.

Pro Milone Cicero. Aperit exēplis quo pacto  
 Oratores in argumentādo sæpe sequuntur rem po-  
 tius, quàm cōpositionē, hoc est præceptionē in com-  
 ponendis syllogismis observandā. Idem pariter fa-  
 ciūt philosophi: ut cōstat ex Arist. qui in præmio

primi libri de Anima, accepit oppositum antecede-  
 tis, cū inquit, Si quod est animæ propriū opus, &c.  
 Literam. At dedit literam, a, quæ erat absolutio-  
 nis: ergo videbat posse absolui: quæ quidem duo omi-  
 sit Trapezontius, veluti nota. Quod autem ait, Ci-  
 ceronem hîc concludere à positione cōsequentis, nō  
 verēsēntit. Ponit enim contradictorium eius, quod  
 dixit in annexo. Verū quia processit ab affirma-  
 tione, ideo (credo) vir sapiens deceptus est. Ex quo li-  
 quet, hunc etiam locum ab eo emendandum fuisse,  
 si isthæc iterum sub incudem reuocasset.

In altero enim, id est, in secundo membro (hoc  
 est in syllogismo, qui subauditur tacitè fieri in pri-  
 mo modo) si antecedēs accipiatur, repetaturque, ut  
 consequens auferatur.

*In Tractatum sextum.*

Simplex conclusio. In duas partes distributa  
 est omnis ratiocinatio, primū in absolutam, de in-  
 de in incompletam. Priorē hæctenus exposuit: nūc  
 transit ad posteriorem, quæ præceptis simplicis con-  
 clusionis continetur. Ad quam quidem intelligen-  
 dam prænotare oportet nomen, conclusio, hîc ut se-

pe apud Ciceronem, sumi pro argumentatione, quã simplicem vocat, hoc est, imperfectam defectu alterius propositionum, quibus constat perfectus syllogismus. Nec refert, si Aristoteles in initio Rhetoricorum ad Theodetẽ dicit, enthymema esse ex paucis, ac sepe ex paucioribus, quã ea sunt, ex quibus constat syllogismus. Siquidem spectavit aut solum enthymema compositũ, de quo statim hĩc agitur: aut etiam aduertit ad hanc, & similes cõclusiones, Sole lucente dies est. Est enim tacitum enthymema. Nec placet, quod scribit Rodolphi Scholastes supra caput decimum octauum libri secundi: & Neomagus ex eo repetit ad hunc locum dicẽs: nihil esse absurdi, si pluribus, vel totidem partibus, quot syllogismus, enthymema concluditur. Ille enim inquit, Aristotelem in citato loco utique enthymema, & syllogismum non tam forma argumentandi, quã materia discreuisse: credidisseque illius, etsi nõ crebrò, tamen aliquãdo certè totidẽ esse partes debere, quot huius. Quorsum nãque attinebat inquit, ut diceret enthymema sepe ex paucioribus partibus constare, quã syllogismum, si nõ inter-

dum ex totidem fieret? Hæc volui admonita, credens, duas has argumentandi species aut non inter se distingui, aut nullo alio differre, quàm forma: hocque discrimen perpetuum esse: nõ ita verò, quod ex materia a signari solet. Tu tamen sequere quod magis libuerit in re, quæ à me tanquam dubitata ingenijs bonis discutienda proponitur.

Cõpositæ hoc modo. Per hæc infirmat duo genera enthymematis. Vnum simplex ex propositione, ac cõclusionè puris ac nudis: alter ù cõpositũ quod obinet propositionẽ, cõiũctãque ei protinus rationẽ, & probationẽ pro antecedẽte: vnde ei datũ est hoc nomen: vt est illud Ciceronis pro Ligario, Causa tũ dubia, nũc melior iudicãda est, quam diũ adiuerũt: ergo, &c. Exemplũ autẽ authoris tamen si ab scholiaste legitur cũ interrogatione, quæ negationis vim habeat in antecedẽte, et cõsequẽte: potest tamẽ vtrobiq; citra hæc explicari: quoniã videtur se vmo esse, quo probatur aliquẽ virtutẽ cõtemnere, propterea quòd sit homo, hoc est, pronus ad vitia. Sic enim latens succinctũque enthymema ad syllogismum reuocabis, Omnis homo cũ sua

pte natura Vitijſ ſit deditus, virtutem contemnit: atqui tu es homo: tu ergo virtutem contemnis. Secundum autem Neomaguſ dixeris his verbis ſuaderi cupiam, ne virtutem abiciat, hoc modo, Nullus homo cum ſit mortalis & caducus debet cōtemnere virtutem: at tu es homo: tu ergo non debes virtutem aſpernari.

Huius rei, hoc eſt, ſimplicis cōcluſionis, ſive argumētatiōis ex antecedēte, & cōſequēte, ſimplicibus qualis eſt, Virtus eſt bonū: ergo appetēda. Hęc neoſterici cōſequentiā vocāt, tū circa eam nō pauca ſpinofius, minutius, & ſcrupuloſius ſcrutantur.

Illud longe. Hortatur auditorē ad percipiēdā locorū vī omnē ac rationē. Per hęc añt intelligit eorū naturā & proprietatē, aut propoſitiones quafidā certas, perpetuāſque ſentētiāſ, quibus vis atque poteſtas vniuſcuſque loci comprehenditur. Iuniores poſt Boetiū vocant maximas. Qui enim cupit imbui facultate prōpiē exactēque diſſerēdiſ, & huiuſmodi propoſitiones memoria tenere debet, & ſingulorū locorū numerū rationemq; intelligere, et veluti ad manū habere, quō poſſit ex his trahere

argumenta crebra ac firma, & proinde copiose, et consentaneè dicere, si sit Orator, vel expedite, & probabiliter disputare, si Dialecticus fuerit. His enim duobus vel maxime conducit notitia locorum: quæius horum traditio ad posteriorè tantùm propriè referatur. Loquor aut de locis mox subiiciendis quædo quidem sunt alij rhetorici, à patria, sexu, ætate, educatione, alijsue rerum, personarumque attributis: quos Fabius etiã cum illis miscuit, ne dicã, confundit, ne diuerso tractatus faceret: vel quia ab eis omnino discreti nõ sunt, si credimus Rodolpho, capite decimo octauo libri secundi.

Enthyne naticum facile reddet. hoc est, celeriter acurèque comminiscens probationes, si Neomago fides habeatur. Melius, simpliciter, & imperfectè colligentem. Hoc enim postea cõcludit: & nũc etiã agit de solo enthyne mate, quod est imperfecta ratiocinatio. His addo, verba quæ statim subiicit, fore superuacua secundũ priorè expositionem. Probo quidẽ hominis interpretationẽ: ad institutũ tamẽ probare nõ possum. Nã quãuis latiùs interdũ funditur hoc verbũ, ut innuit Fabius in

tic capitulis de argumentis. Author nihilominus id nunc posuit pro colligente, abundantèque argumentationibus simplicibus.

Maiores nostris. Intelligit Boetium, Themistium, Fabium, Ciceronem, & Aristotelem, qui non modò huius partis Dialectices initia duxerunt: sed etiam eam posteris egregiè tradiderunt.

Quare tu. Adhortatur hic Petrus Medicus ad locorum cognitionem, quos omnes breuiter in summam contrahit: vocatque his nominibus, quibus eos antiqui nuncuparunt. Ac per accidentia quæ inhaerent, non tam intelligit Ciceronis adiuncta, ut Nicomachus opinatur (hæ enim mox per cõiuncta accipiuntur) quàm Rodolphi adiacentia: quo vocabulo omnes ferè quantitates, qualitates, & actiones complectitur, quatenus ad sua subiecta referuntur.

Terminos quæstionis. Subiectum videlicet, & prædicatum: quorum naturam postquam peruiderit, ei promptum expeditumque est reperire omnes in ipsis locis: tum videre, qui conueniant, vel non conueniant. Nec enim omnes cõgruunt in rebus omnibus, ut affirmat Rodolphus cap. 20. secundi libri.

**Coniuncta.** Quæ hîc vocat cōiuncta, initio tractatus superioris adiuncta nominauit: quibus quoque nominibus signauit ea Cice. in Topi. & Part. Eorū exemplū sit hoc, Iste cū illo vesperi iurgatus est, & post eū in rus profectus, auditus in villa est amborum clamor. Latetque nunc ad famam cædis: eum igitur interfecit.

**Quæ intrinsecus.** Isti huc credo adiecit ob locos qui extrinsecus assumuntur, quales sunt præiudicia, fama, tormēt. a. tabulæ, insurādū, & testimonia: quæ quidē oratoribus subministrāt probationē inarrificiālē, si spectes inuentionē, nō ita tractationē: Dialecticis verō nullū aut exiguū præstant vsum.

**Nec te fugiat.** Eundē hîc secundo admonet ad formam structuramque syllogismorum percipiendam, quorum natura licet in communi sit vna: in particulari tamen existit multiplex ac diuersa.

**Nec indoctis.** Submouet falsam existimationē indoctorum hominum asserentium nobis inutilem locorum traditionem: quoniam eam ob ruditatem, & ignauiam assequi non possunt. Innuīque non ideo locos contemendos esse: quia aliqua ex parte

sunt ardui, lubrici, & inaccessi: quandoquidem eorum obscuritates & difficultates ab studiosis facile superabuntur, si aliquantulam operam impenderint. His addo, res omnes eo esse preciosiores, quo maiores & operosiores existunt.

Nam quemadmodum. Docet à simili studio sos satisfacere posse difficultati topica doctrina: eamque sibi comparare. Id autem sumpsit ex Cicerone ante mediū libri secundi de Oratore. Eiusdē quoque meminit Rodolphus capite. 19. secundi libri. Omnes igitur. Colligit quod paulò antè proposuit ostēdendum, nempe omnes locos suggerere argumenta, seu media ad conficiendos syllogismos tã perfectos, quàm imperfectos: de quibus duabus formis argumentationis solum agit in hoc libello, de aprioribus Dialectico, quem instruit.

Quod cum ita sit. Refert hinc quatuor causas, propter quas saepe enthymemate, & non syllogismo uti possumus: prima est notitia alterius propositionum: secunda argumentantis consuetudo: tertia prolixitas orationis: quarta artificij dissimulatio. Ex his quasdam, & nonnullas alias

tangere videtur Quintilianus in fine libri quin-  
ti. Aristoteles verò in secūdo Rhetorices meminisse  
solum primæ, ac tertiæ.

Tribus constat propositionibus. Dicit, tri-  
bus, intelligens partes principaliores: quoniã à qui-  
busdam posite sunt, quatuor, quinque, aut etiã plu-  
res, teste Fabio in citato loco.

Quanta is raro. Dicit, raro, quoniam nulla sunt  
sic eadem, quin interea distinctio aliqua reperia-  
tur. Nec enim natura res vllas adeò coniunxit, ut  
vel inter se, vel vni tertiæ sint omnino similes, &  
indiscretæ.

Veri similior. Si spectes probationem firmiorẽ  
& euidentiorem: non autem notitiam, vel occultã  
tionem: quibus de causis sæpe vralibet præmissa-  
rum negligitur.

Necessario consecutione. Si termini scilicet  
rectè accipiantur: aliter falli accidit. Huiusmodi  
autem collectionem etsi quidam syllogismum vo-  
cant, alij prosyllogismum: tu tamen cum Cicerone  
rectè soritem dixeris, hoc est, acervũ, & gradatio-  
nem, siue ductum à primo ad vltimum.

Oratores maxime. Hi enim sepe argumenta vno designant verbo, ne videantur ex arte componere orationem, tum copiâ satietatem afferre.

Quod Cicero latius docet in medio secundi de Oratore: & Fabius in capite præallegato.

Epistola ad Plancum. Epistola hæc habetur apud Ciceronem in libro decimo Epistolarum familiarium.

Sed inuenta. Per inuenta, accipit argumenta, quæ è locis inveniuntur: & ex eiusdem eam vim probandi assumunt, qualis ipsorum natura et proprietas est.

In Tractatum septimum.

Nunc de definitione. Exposito hætenus primopræcipuoque Dialectices instrumento quod dicitur syllogismus, deinceps duo alia, de finitione nempe, & diuisionem simul explicat, quòd altera alterius indigeat, et promde sese vicissim antecedarè diuersis rationibus.

Nec enim. Ratio hæc pro vtraque sui parte latè & ruditer explicatur sub finem huius tractatus.

Definitio est. Quæ hinc tradit de definitione

sumpta sunt ex Cicerone in Topicis, cuius non contentus explicatione, duas ei virtutes addit, volens definitionem breuem quidem, sed absolutam esse.

**Definitionum.** Diuidit finitionem in quatuor membra: ex quibus posteriora duo sic ad primū reuocari possunt, ut si illam solū deducas in essentialem, & accidentalem, sub his duobus facile comprehendas pleraque alia genera finitionum, quas nobis Boetius, & quidam alij tradiderunt.

**Diuisio.** Exposita definitione docet, quid & quo duplex sit diuisio. Quæcunque autē de ea tractat, sumpsit ferè ex Boetio in lib. quē de ipsa cōscripsit.

**Differentias etiam.** Quantum attinet ad diuidendi rationem: nec sollicitus sis, an in eas, an potius per eas genera distribuantur.

**Distinctio appellatur.** Redolphus cap. 7. libri primi vocat enumerationē, credens ineptū esse, voces in res diuidi. Tu etsi ex me possis dicere de declarationem: caue tamen contempnas nomē diuisionis in hoc significato: quoniam eo vsus est Cicero, tū alij eo priores, ut posteriores viri doctissimi.

In alterum leparatur. hoc est, diuisio hæc vicis

si in alterutra membra mutari valet: quod nihil aliud est, quam singula eius membra diuidentur rursus in diuisum & eius oppositum deduci posse: veluti Boetius in citato loco ostendit aperitissime.

His ita dictis. Subijcit hic obiter leges duas in diuisionibus obseruandas, nempe vt detur per membra opposita: & sint cum breuitate absolutae: non autem redundantes, vel diminutae.

In opposita semper fiunt. Nolim tamen hinc colligas, omnem diuisionem fieri in hac opposita, aut semper in membra re ipsa repugnantia. Illud nanque falsum docet. *Agricola* capite septimo libri primi, hoc indicat bonum, quod vnum & idem est honestum ac vtile. diuisio generis in species

Vt dico te Aeacida. Exemplum est orationis ambiguae. In hoc enim versiculo continetur quoddam dubium Apollinis oraculum: de quo Cicero libro secundo de Diuinatione.

Ad Grammaticos. Quoniam hi aeditis vocabularijs amplissimis, nobis aperiuunt multiplices significationes earundem dictionum.

Dicimus autem, Explicat per abnegationem

nonnullorum, quid sit equiuocum institutione, ac sub ultimo membro intelligit ea, quæ ex varijs casibus, aliâue declinatione distinguimus, diuersaque cognoscimus.

Afferit Arist. libro tertio Physicorum, quum agit de infinito.

Utroque modo, id est, diuisione, & appositione. Nam cum sit tale successione, & duratione, in eo diuidendo adijciendoque nusquam sistimus.

In Physicis, quidem Arist. scilicet libro primo, capite secundo, ubi non legitur *vappa*, quæ proprie est vinum vitiosum corruptumque: sed melius *metrum*, vel *temetum*. Hoc enim reuera est unum, idemque ratione ac substantia cum ipso vino. Nec refert, si cap. 6. lib. 1. Topic. hæc appellet eadem nomine: eò quòd res vna duplici nomine significetur, & denominetur.

Quatuor modis. De quibus omnibus vide Rodolphum capite nono libri primi. His addunt alij, totum in modo, quod vocant terminum simpliciter sumptum in comparatione ad seipsum cum determinatione non diminuentem, qualis est homo ad hominem

doctum, & hominem indoctū. Hoc autem (ut pu-  
to) intelligit hīc author sub toto vniuersali, per hoc  
potissimum sumens speciem respectu suorum indi-  
uiduorū. Accipimus enim omnia pro hominis indi-  
uiduis, vel formis, in quæ hic deduci potest ea lege  
diuisionis, ut de eis in quid prædicetur. Sic sentit  
Martianus initio quarti libri de Dialectica. Sic eti-  
am Agricola vigesimo capite secundilibrī.

Cæteraque, qualia sunt, venæ, & arteriæ, quæ  
quidem sicuti nerui dicuntur partes similes ratio-  
ne substantiæ, non autem figuræ, & denominatio-  
nis: quoniam non quoduis fragmentum nuncupatur  
totius appellatione.

Nec partes partium. Quoniam supra dixit,  
omnem diuisionem breuem esse oportere: nunc ad-  
monet, ne in partitione totius continui cum maiori-  
bus partibus minores recenseamus, quod omīssis his  
nec cognitioni, quidquā, nec vtilitati detrahatur,  
positis verò adyiciatur confusio, & tædium audien-  
tibus innaſcatur. Breuitas namque partitionis in eo  
constitui solet, non ut minus: sed ne plus dicatur,  
quā sit ex vsu.

Discerpitur. Hoc quidam potius appellant enumerationem, quod fiat in res omnino infinitas. Hoc autem totum dicitur vniuersale: quoniam ex multis singularibus colligitur, completurque.

Id in virtutis. Hic si legatur pronomen, id, videntur desiderari hæc verba, postremum est totum potestate. Si verò tollatur, dices literam ab auctore hoc pacto scriptam fuisse, totum virtute & potestate in virtutes ac potestates scinditur: hoc est, in partes, quæ cuiusdam virtutis sunt & efficacia. Dicimus enim plus roboris inesse viro, quam seni. & soli duplo plus luminis, quam lunæ.

Vt anima in vegetantem, &c. Hæc tria, et si in diuersis subiectis sunt genera, potest que singulis nomen, totius, accommodari: in homine tamē constituuntur partes eius animæ: quia omnes simul conspirant in unã huius naturã substantiamque. Nec refert, si hæc simplex esse dicatur. nascitur enim ex sentiente & vegetante, vi posteriores figura geometrica ex prioribus, quæ in illis solum potestate insunt, si credimus Aristotelici capite tertio libri secundi de Anima.

Non enim generis. Quoniam posset quis credere partitionem nuper dictam cum superioribus confundi: ideo eam ab alijs omnibus sigillatim disiungit.

Nec cum partibus. Hic non, cum, sed de, legendum est. Ait enim totum continuum de suis partibus nequaquam dici, sicut totum virtutis de suis affirmari valet. Per illud autem nunc accipit totum quantitatis, & utrunque integrale: quod quidem sic partior, quoniam ex partibus ad substantiam pertinentibus alia de proximo totius naturam constituunt, ut corpus & vita ipsam plantam: alia ad rei integritatem faciunt, ut cortex, ramus, ac folia. Nec obest, si partes ligni asseruntur esse lignum. Non enim sunt id lignum, cuius sunt partes, ut anima sentiens in homine est rationalis.

Nec de se, &c. Distinguit hic partitionem totius efficaciam à partitione totius vniuersalis, non solum quia huius partes sunt individua, & illius dicuntur genera, sed etiam quia hac equaliter eodem tempore discerpitur: illud verò secundum prius, & posterius.

Generis autem in proxima. Prodit hinc tres alias leges in diuisione obseruandas, quo careat omnireprehensione. Prima est, ut fiat in species, vel differentias immediatas. Secunda, ut id potius in illas, quam in has tribuatur. Tertia, ut si per negationem tradatur eius diuisio, prius membrum affirmans, postea negans subiciatur. Nec hoc quidem citra rationem: quippe naturalis ordo clarum venustamque reddit diuisionem: de his regulis plura Boetius in citato loco: nunc si quis te roget, cur debeat genus diuidi in species primas, ac proximas: respondet hoc fieri, vel quia membra diuideria alias æqua non sunt ipsi diuiso: vel quoniam oportet definiturum per genera superiora, omnes differentias ipsis annexere, collocareque recte in oratione. Illud innuit Aristoteles capite tertio libri sexti Topicorum: hoc dicitur perspicuitas, que in definiendo requiritur.

Non in differentias. Siquidem genus omne, ut tale est, non ad differentias, sed ad species refertur, estque in hoc unum eius diuisio instituta, ut inde formarum finitiones conficiamus. Differentie au

tem, cū sint res simplices, definiri nequeūt. Quod si quando in has, & non in illas genera tribuimus, est, aut quia illorum species nominibus carent, aut ut eis medys hasce consequamur. Quum enim desunt nomina speci'bus, tunc harum loco differentias constituimus, si forte has cognitās nominatāsque habeamus: vnde dicimus, quantum aliud cōtinuū, aliud discretum, sumentes differentias vice formarum, quæ adhuc nobis ignotæ existunt.

Afferuimus. In secundo tractatu, vbi differentiam trifariam dici commemorauit post Porphyrium in Isago. nectamen genus sub aliqua acceptio num cōplexus est: quoniā hoc nō simpliciter rem separat: sed solum ab his, quæ sunt in diuerso genere. Ut inquit Aristoteles secūdo capite lib. 6. Topic.

Alij primi. Hi sunt, quos metitur sola vnitās, quæ est omnium numerorum principium.

Alia irrationalia. Hæc & alia huiusmodi duntaxat secundum vocem sunt priuationes, quoniam significant naturam positiuam, etiam si aliter Rodolphus opinetur, capite septimo libri primi.

Semper postrema. Dicit semper, spectans ip

sum exactam. Nam apud authores etiam probatis-  
simos non inuenitur hoc perpetuo verum.

Substantiali differentia. Scilicet communi: po-  
nuntur tamen differre differentia quadam parti-  
culari. Nec obest, si quidam solis accidentibus hæc  
circumscribunt ac distinguunt.

Cum igitur. Per scribit hinc formulam & cer-  
tum modum, intra quem consistendum sit ne parum  
apud definiamus. Is autem est, ut præiaceat genus  
rei proximum: deinde efformetur differentia quibus-  
cum eius natura sic compleatur & absoluat, ut  
nec plus, nec minus contineat: quoniam verum que  
horum in definitione vitiosum existit. De investi-  
gatione porro rei finitione per diuisionem, vide Ari-  
stotelem capite decimo quarto libri secundi Poste-  
riorum, & duodecimo septimi Metaphysic.

Vt Platonicæ celestia. Hæc, & alia retulit  
Plat. inter deos in Epinomide, siue Philos. ac alibi.  
Cum homines. Debent enim hi in dicendo specu-  
lari phantasmata, & præsertim que auditus sug-  
gerit, qui dicitur sensus disciplinæ, recte Aristote-  
le in libro de Sensu, & sensibili.

Dicemus hominem. Eum sic definiuerunt Alexander, Blemmida, & nonnulli alij: ille quidē ad finem septimi Metaphysic. hic verō in disputatione quadam de quinque vocibus.

Item cum quid sit verbum. Alio non minus apto exemplo rem docet. Tu si hanc amplius cognoscere cupis. Rodolphum lege capite quinti libri primi suae Dialectices.

Res multo pauciores. Quod hīc dicit, debet intelligi in definiendo, hoc est, respectu rerum definitarum: quoniam saepe quaedam describimus longa quadam periphrasi, maximisque verborū ambagibus circumloquimur, quae vno dici verbo non possunt, vel saltem non propriè, clarè, purè. & appositè. Aliàs non est verum, nec catholicum quod ait hīc auctor, si credimus Aristoteli initio Elencho. afferenti rerum cumulum esse longe maiorem vocabulorum. Nec prohibet res aliquas binis, ternis, quaternisue verbis declarari posse. Quod ergo hīc dicit, intellige tu de assumptis lais verum interpretationibus, qui us abundare debet is, qui multis de rebus agere planè, dilucidè, & vsitate conuenit,

si proprijs vocibus simplicibus destituitur, quibus earum intelligentiam in animis audientium imprimat & obignet.

In diuisione conspiceret. De huiusmodi in diuidendo prolixitate post Aristotelem initio libri primi de partibus animalium, cōqueritur Rodolph. Agricola capite septimo libri primi, treis causas as signans, quare non semper duabus interpugnanti- bus differentijs diuisio possit absolui.

Vt animal est, &c. In hac animalis descriptione vtraque differentialatius patet, quàm ipsum animal, quoniam alia etiam mouetur vi propria, vt elementa: & alia quoque feruntur ad contraria loca, vt proiecta, & similia, quæ huc & illuc impelluntur.

Sensu tantum. Non videtur hoc esse pars animalis, sed cum eo conuerti. Quantum tamen suspicor ex his, quæ subijcit, id accipitur pro naturâ bruta. Videns enim hanc carere nomine, vt in secundo tractatu indicaui, eiusque formam exprimi negatione, ex qua nihil omnino constituitur: iure pro hoc vsurpauit sensum differentiam anima

lis constitutiuam. Huic autem adiecit, & ratione  
 utitur, volens hinc alteram eius speciem nasci, ut po-  
 te hominem, qui non solum sensus est compos: sed et  
 tiam utitur ratione. Quibus verbis simul nobis o-  
 stendit definitiones fieri per diuisiones (hoc est, per  
 species, seu partes alicuius totius vniuersalis, vel in-  
 tegralis) & mirabiliter aperit differentiam gene-  
 ris pro specie sumi posse, cum altera eius differen-  
 tia diuisiua, speciésue proxima ignota est. Aliás  
 nõ video, quo pacto nodus hic dissolui possit.

Nonnulli definitionem, Boetius nempe, quæ  
 arguit, quòd hoc sit quædã potius declaratio exem-  
 plaris.

*In octauum Tractatum.*

Obligationem. Obligatio, vulgo dicitur de in-  
 elio, qua non modò opponens astringit responden-  
 tem ad aliquod propositum defendendum, offeren-  
 do ei quasdam propositiones concedendas, ne gandas  
 aut distinguendas: verũ etiam hic omnibus rectè re-  
 spondere cogitur, ut illud ipsum inculpatè rueatur:  
 nec quidquam vel dicendo, vel scribendo absurdum  
 repugnansue dicat.

*Thesis, id est, positio, quæstione in finita: non propriè est obligatio, sed propositio (ut ita dicam) obligata, hoc est ea, quam qui defendit, obligatus nominatur. ea autè in his rebus esse debet, quas contingentes vocant.*

*In rhetoricis, scilicet libro secundo. Scripsit enim quinque de Rhetorica libros, qui extant hodie.*

*Quidquam afferere, in eadem nempe obligatione, in alia verò nihil prohibet. Nec enim videtur absurdum in defendendis positionibus possibilibus utranque partem contradictionis concedi, aut negari à respondente in diuersis obligationibus.*

*Rhetores. Innuit in primis Fabium libro sexto capite quinto.*

*Prudentem. Nam cum eloquentia sit posita in inueniendo, iudicando, & collocando, ei omnino prudentia est opus, ne mera loquacitas videatur.*

*Probum quoque. Prudentia enim (cū sit vinculum omnium virtutum) fit, ut si eā eloquens habeat, etiam vir bonus constitui debeat: qualem sanè esse oportet Oratorem, ut post Aristotelem initio secundi Rhetoricorū, Cicero, & Fabius a Sene cāt.*

Ineptum. Ineptus qui sit, declarat Cicero ad in-  
itium libri secundi de Oratore.

Non cedeamus. Non debemus inquit interroga-  
ri de aliqua propositione eã protinus concedere, ni-  
si forte sit necessaria, qua neganda nõ est: sicut im-  
possibilis nunquam concedenda.

Ingenio autem rem. De hoc Fabius citato lo-  
co. & Aristoteles octavo Topicorum.

Plurimque verisimilis. Orator, & Diale-  
cticus, auctore Boetio ad finem primi de differen-  
tijs Topicis, sequuntur probabilia, siue hæc sint ne-  
cessaria, siue non. Ex quo dubitare possis, cur Tra-  
pezuntius nunc reuocet materiam necessariam, &  
assumit verisimilem, ut Oratorum maxime pro-  
pria. Verum scias, cum non omnino illam exclude-  
re: sed innuere horum probationes debere potius es-  
se credibiles ac probabiles. An etiam isthuc extu-  
lit, quia cum duplex sit Rhetorum materia, una de  
qua, et altera, ex qua agunt, illa nõ potest esse neces-  
saria: quoniã cũ necessariũ quid est, nullus prudẽs  
de eo ambigit. Hæc pariter si necessaria existit,  
tota ferẽ sine arte est, nec multiũ præceptis eget.

Si finem. Præcipit & hoc Fabius loco præallegato. Quod autem hîc ait, difficillimum esse disputantes, & veluti altercantes in proposito consistere, est quia rixa fert extra causam: nullusque rationi magis obstat affectus.

Latinis, hoc est, Romanis tradi Rhetoricam ab homine Græcæ nationis: hoc autem non fuit omnino indecorum: quoniam non eam Græca, sed Latina oratione explicauit.

Cicero, initio ad Herennium, & alibi passim. Quod etiam latius & clarius Galenus tradit. 9. de placitis Hippo. & Plato.

Necessariæ sunt, hoc est, viles: vt apertissimè simul & distinctissimè declarentur quatuor posteriores modi syllogismorum hypotheticorum, quos hic redigit in plures formulas, & tanquam spectandos proponit ex Boetio in tractatu de syllogismis hypotheticis. Nam cum genere sint quatuor, scilicet duo disiunctiui, & totidem copulatiui, specie autem innumerabiles, hic sanè eos reuocat in triginta duos propter enuntiandi varietatem.

F I N I S.

